
INSCRIPTIONES
GRAECAE
V
FASC. I
INSCRIPTIONES

TITULI
OD. ET. CORR.
INDICES
TABULAE


TITULI
ADD. ET CORR.
INDICES
TABULAE
OVERSIZE
CN
360
.I6
v.5
pt.1

Vol. V fasc. 1

INSCRIPTIONES GRAECAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITAE

VOLVMEN V

FASCICVLVS PRIOR

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMXIII

INSCRIPTIONES
LACONIAE MESSENIAE ARCADIAE

FASCICVLVS PRIOR

INSCRIPTIONES LACONIAE ET MESSENIAE

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

GVALTHERVS KOLBE

ADDITAE SVNT TABVLAE SEPTEM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMXIII

1913

PRAEFATIO.

Non libellos tantum, sed etiam libros sua fata habere huius voluminis exemplo comprobatur. MAXIMILIANUS FRAENKEL enim postquam a. MCMII inscriptionum Graecarum volumen quartum, quo tituli Argolidis et viciniae continentur, publici iuris fecit, statim coepit in praeparando corpore titulorum Laconicorum et Messeniorum non mediocrem operam curamque consumere. Titulos editos quam diligentissime ex libris in schedas transcripsit, Fourmonti codicem, quo thesauro bibliotheca nationalis Parisiensis gaudet, Rossi et WELCKERI diaria, quae academia Berolinensis possidet, item CONZEI et MICHAELIS itinerarium summo studio excerpsit. Quibus rebus confectis in Graeciam se contulit, ut museum Spartanum adiret et lapides ipsos examinaret, laboris socio usus viro huius artis peritissimo IOHANNE DE PROTT. Verum ne totam materiam in museo collectam describeret, valetudinis imbecillitate impeditus est; in patriam reversus paucis post mensibus mortem occubuit. Cuius viri indefessae industriae quantum hi tituli debeant, lemmata ipsa testantur. Opus ab eo relictum grande sane atque arduum suscepit IOHANNES DE PROTT, quo quidem magis erat idoneus nemo. Academiae enim iussu vere a. MCMIII denuo iter fecerat, ut Spartae laborem interceptum absolveret et Laconiam peragraret. Praeter Spartam adierat Geronthras, Acrias, Asopum, fanum Apollinis Hyperteleatae, Epidaurum Limeram, Gythium, Laam, Pyrrhichum, Oetylum, Messen, Hippolam, Taenarum (urbem), Teuthronen, Thalamas, Leuctra, Cardamylen; inde redierat Athenas. At vero ne huic quidem, ut titulos descriptos ederet, contigit: mense septembri eiusdem anni iuvenis mihi dilectissimus mortem obiit.

Laconia denuo patrono orbata academia Regia me dignum duxit, qui opus incohatum perficerem. Et quamquam tum provinciam titulorum frequentia excellentem sortitus eram Euboeam, tamen meum esse putavi laborem illum suscipere haud ignarus, quam difficile et ingratum sit ex aliorum apographis deficientibus ectypis vel imaginibus photographicis titulos edere. Duobus itineribus autumno a. MCMIV et vere anni insequentis per Messeniam et Laconiam factis adii Pheras, Coronen, Asinen, Methonen, Pylum, insulam Proten, Cyparissiam, Andaniam, Messenen, Thurias, Calamas, Taygetum montem, in quo Dianae Limnatidis fana duo, Abiam, Gereniam, Cardamylen, Thalamas, Oetylum, Pyrrhichum, Messen, Hippolam, Taenarum oppidum et eiusdem nominis promunturium, in quo Neptuni fanum, Laam, Gythium, denique Spartam, ubi interim multi tituli in lucem prodierant. Deinde cum Athenis in museo titulis exscribendis operam dedissem, vere a. MCMV domum redii.

Corpus autem cum condere non possis nisi multorum opera consilioque adiutus, mihi utrumque largiter obtigit. Ac primum quidem summis laudibus extollenda est Graecorum et magistratuum liberalitas et humanitas doctorum, ex quibus praeter ceteros nominandi sunt PANAGIOTES KABBADIAS, BASILIUS LEONARDOS, VALERIUS STAIS, GEORGIUS OIKONOMOS, imprimis vero ANDREAS SKIAS, qui Gythio ortus regionumque illarum peritissimus omni modo studiis meis favit, et K. ROMAEUS, cuius benignitati et ectypa et imagines titulorum ab ipso in fano Apollinis Tyritae inventorum debentur; nec vero DEMETRII KALOPOTHAKIS umquam obliviscar, qui ut antea Iohannem de Prott, ita me liberalissimo hospitio in aspera regione Maina, quam vocant, excepit et studia nostra quoquo modo adiuvit. Denique societati archaeologicae Graecae ex animi mei sententia gratias ago, quod, ut formas titulorum Pheraeorum a se paratas iterum exprimendas curarem, liberalissime permisit. Cum Graecis aliarum nationum viri humanitate certaverunt. Musei Britannici ectypa misit J. H. MARSHALL, Havniensis CHR. BLINKENBERG, Parisiensis E. MICHON, Lebasiania Universitatis CHATELAIN, Upsaliensis EINAR LOEFSTEDT. Non

minus grato animo doctos Anglos laudo, qui inde ab a. MCMVI urbem Spartam effoderunt et, quoad facultas tulit, titulos inventos et libellos a se scriptos extemplo mecum communicaverunt: R. C. Bosanquet, H. I. W. Tillyard, I. B. Wace, A. M. Woodward, qui ectypa haud pauca meum in usum confecit, imprimis vero Marcum N. Tod, quocum amicitiae me vinculo coniunctum esse valde gaudeo. Praeterea praefectis instituti Britannici, quod imagines titulorum agonisticorum repetendas (tab. V) liberaliter concesserunt, hoc quoque loco gratias ago magnas.

Nec vero nostrates umquam mihi defecerunt. Et Germanici instituti et Austriaci cum praefecti tum sodales semper mihi praesto fuerunt: G. Altmann, cuius nunc praematuram mortem lugemus, D. Fimmen, R. Heberdey, G. Karo, Koch, A. Köster, H. Lattermann, A. de Premerstein, B. Schröder, Ioh. Schrader, O. Walter ectypa et apographa miserunt. Deinde ex Halleri commentariis, quae in bibliotheca Argentinensi adservantur, Bruno Keil schedas quasdam, quibus ego uterer, misit Hillero. Rudolfus Weil, qui a. MDCCCLXXXII Laconiam peragraverat, itinerarium suum mihi ad fruendum concessit.


Nemini vero aut hoc volumen aut ego ipse plus debemus quam Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff. Qui per duos fere annos plagulas corrigendi taedium benignissime mecum suscepit, multa a me ipso non recte scripta emendavit, summa benevolentia et indulgentia studia mea favit, labantem litteris fulsit, rebus adversis paene exhaustum consolatus est. Ei adnumerandi sunt Fridericus Hiller de Gaertringen et Adolfus Wilhelm, e quorum eximia artis epigraphicae peritia ingentique doctrina, quantum hoc opus perceperit fructum, adnotationes docent plurimae. Hiller vero quam saepe quamque fideliter periclitanti monstraverit viam, memorare non possum. Denique Erici Preuner amor ac familiaritas in hoc libro prelo subiciendo summopere me adiuvit; qui non solum indefesso labore singulis paginis semel atque iterum perlectis operarum errores multos sustulit, sed etiam ad titulos quam accuratissime constituendos ex vasta eruditionis suae copia plurimum attulit.

Restat ut dicam de prolegomenis, de tabula geographica, de indicibus. De prolegomenis Iohannes Pomtow optime meritus est, cum ex titulorum Delphicorum thesauro, quae ad res Spartanas et Messenias illustrandas usui essent, attulit; cuius ingenio et doctrinae quantum debeatur, singulae fere prolegomenorum paginae testantur. In tabula autem delineanda Henricus Lattermann summa industria me adiuvante versatus est; qua in re usi sumus tabulis, quae dicuntur *Carte de la Grèce* (*Expédition de Morée*), charta nautica Anglorum, Curtii tabula (*Peloponnesus*), Kieperti (formae orbis), Philippsoni (*Peloponnes*), Bluemneri (*Griechenland*). In indicibus componendis Guilelmus Kroog et Gualtherus Neumann, adulescentes Megalopolitani, inde a titulo n. 1110 me adiuverunt, quibus e titulis Kroog excerpsit ea, quae continentur indicibus octo prioribus, quae indice graecitatis Neumann. Hic praeterea gravissimo labori plagulas indicum corrigendi operam dedit et permultos numeros contulit.

Denique facere non possum, quin Bibliothecarum Regiae Berolinensis et Urbicae Hamburgensis mentionem faciam. Nam in hac universitate librorum ad artes epigraphicam, topographicam ipsamque historicam pertinentium tanta est penuria, ut numquam hoc opus perficere potuerim, nisi Adolfus Harnack et Rudolfus Münzel, bibliothecarum illarum praefecti celeberrimi, quamcumque cuperem utendi facultatem praebere voluissent.

Scribebam Rostochii mense Aprili
a. MCMXIII.

Gualtherus Kolbe.



1564. Donarium Delium post a. 403 a. Chr. n.

DE SPARTA ET MESSENE

INDE AB A. 338 A. CHR. N.

338 Philippus, Macedonum rex, postquam Laconiam usque ad Gythium vastavit, quia Spartani a pace abhorrebant, Corinthi per arbitros fines eorum et vicinorum constituendos curavit, v. Polyb. IX 33, 10: οὐχ αὐτὸν ἀποδείξαϲ κριτὴν ὑπὲρ τῶν ἀντιλεγομένων, ἀλλὰ κοινὸν ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων καθίϲαϲ κριτήριον, cf. l. l. 28, 7, XVIII 14, 7, Strab. VIII 4, 6 p. 361: περὶ οὗ κρίϲιν ἔϲχον Μεϲϲήνιοι πρὸϲ Λακεδαιμονίουϲ ἐπὶ Φιλίππου, Tac. Ann. IV 43. Argivis Cynuria et ora maritima vicina [usque ad Prasias] tradita est, v. Paus. II 20, 1. Megalopolitis, qui ab Epaminonda Aegytidem iam receperant (Paus. VIII 27, 4), ager Belminates restitutus, Liv. XXXVIII 34, 8; cf. Paus. VIII 35, 4. Tegeatae quem agrum receperint, non traditum est, v. Polyb. IX 28, 7, XVIII 14, 7; Sciritidem et Caryatidem eos accepisse Niese suspicatus est, *Nachr. Gött. Ges. d. Wiss.* 1906, 120; cf. infra p. 172. Messeniorum esse agrum Dentheliatem (Tac. l. l., Steph. Byz. s. v. Δενθάλιοι) et totam oram maritimam a Pheris usque ad Leuctrum ad Pamisum situm (v. Strab. VIII 4, 6 p. 361; cf. Paus. III 26, 3) arbitri iudicaverunt; cf. R. Weil *Ath. Mitt.* VII 1882, 211 sqq., Kolbe ibid. XXIX 1904, 375 sq.

336 Philippo mortuo Alexander Graeciam ingressus foedus cum civitatibus renovavit; Lacedaemonii vero etiam tunc ab amicitia cum Macedonibus abhorrebant, v. Arr. Anab. I 1, 2: μὴ εἶναί ϲφιϲι πάτριον ἀκολουθεῖν ἄλλοιϲ, ἀλλ' αὐτοὺϲ ἄλλων ἐξηγεῖϲθαι, Iustin. XII 1, 7.

336/5 Ἄρχοντοϲ (Δελφῶν) Δίωνοϲ, πυλαίαϲ ὀπωρινᾶϲ, Κλεομένηϲ ὁ βαϲιλεὺϲ (ἤνικε πὸτ τὸν ναὸν) δραχμὰϲ πεντακοϲίαϲ δέκα, v. *Bull. Hell.* XXVII 1903, 34 I 19; eodem tempore Χ[ά]ρ[ϲ]οϲ, Μένων, [Β]ύτιϲ, Τιμέαϲ pecunias solverunt, v. l. l. 34 II*b* 3 sqq.

335(?) Alexander παρὰ τὰϲ ϲυνθήκαϲ τὰϲ ἐν τῇ κοινῇ εἰρήνῃ τοὺϲ Φιλιάδου παῖδαϲ ὄνταϲ τυράννουϲ Messenen reduxit, v. Dem. XVII 4, Niese *Gesch. d. griech. mak. Staat.* I 55.

Cum Alexander bellum adversus Persas pararet, Lacedaemonii pecuniam a rege Dareo acceperunt, ut Macedonibus in Graecia difficultates molirentur, v. Arr. II 14, 6 (cf. I 7, 4). Legatos ad Dareum de foedere faciendo miserunt, v. Curt. III 13, 15.

333 Agis III., Lacedaemoniorum rex, Siphnum se contulit, ut cum Autophradate, praefecto classis Persarum, de bello gerendo ageret. Nuntio allato Alexandrum apud Issum victoriam reportasse praetor Persarum Agidi decem triremes et triginta argenti talanta tradidit. Quae statim Agesilao, regis fratri, missa sunt, ut in insula Creta bellum moveret. Agis ipse Halicarnassum adiit, v. Arr. II 13, 4—6.

332 Inde octo milia mercennariorum, qui pugnae ad Issum commissae interfuerant, in Cretam traduxit. Oppidis, quae Macedonum partes sequebantur, celeriter superatis in Peloponneso quoque arma movit, v. Diod. XVII 48, Iustin. XII 1, 6 sqq., Curt. IV 1, 38 sqq. 8, 15.

331 Corrago Macedonum duce victo Elei, Achaei (praeter Pallenenses), Arcades (praeter Megalopolitas) foedus cum Lacedaemoniis fecerunt, v. Aesch. in Ctes. 165, Din. in Dem. 34. Messenii vero et Argivi Alexandro in fide steterunt, item Athenienses (Arr. III 6, 2). Foederati exercitu viginti milium peditum et duorum milium equitum coacto Megalopolim oppugnare coeperunt, v. Diod. XVII 62, Curt. VI 1, 20. Alexander litteris ab Antipatro acceptis Amphoterum cum classe in Peloponnesum et Cretam misit, v. Arr. III 6, 3, Curt. IV 8, 15. Antipater rebus in Thracia compositis magno cum exercitu in Peloponnesum ingressus apud Megalopolim Agidem devicit et occidit, v. Diod. XVII 63, Curt. VI 1—16, Plut. Ag. 3, Iustin. XII 1, 8—12. Proelium commissum esse ante Alexandri ad Gaugamelam victoriam reportatam Niese coarguit ex Curtii verbis VI 1, 21; cf. *Gesch.* I 497 sqq. Antipater Lacedaemoniis pacem petentibus obsides imperavit et concilium Graecorum, quid fieri placeret,

consuluit. Qui rem iudicio regis permiserunt. Alexander autem auctoribus defectionis interfectis Lacedaemonios et socios eorum in fidem recepit, v. Curt. VI 1, 17—21, Diod. XVII 73, 5. 6, Aesch. in Ctes. 133.

331—c. 300 (?) Eudamidas I., Archidami III. filius, Agidem fratrem subsecutus est, v. Paus. III 10, 5.

331 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Κάφιος, πυλαίας ὀπωρινῆς, Ἀκρατίδας, Λαόνικος, Πρατόνικος, Κυλωιάδας, Τράχαλος, Λακεδαιμόνιοι ναοποιοί, v. *Bull. Hell.* XXIV 1900, 464 26. 27.

330 Lacedaemoniorum legati cum Dareo capti obsides in castris retenti sunt, v. Curt. VI 5, 6 sqq.

329 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Χαριξένου, πυλαίας ἠρινᾶς, Κυλωιάδας, Τράχαλος Λακεδαιμόνιοι ναοποιοί, v. *Bull. Hell.* XX 1896, 206 36. 37, *SGDI* 2502 *B* 143. 144. Eodem tempore Εὔθρεπτος Λακεδαιμόνιος ἱερομνήμων Δωριέων *Bull. Hell.* XX 1896, 207 43, XXIV 1900, 491 15, *SGDI* 2502 *B* 150. Neque vero pro republica Spartanorum rem egit (Pomtow *GGA* 1913, 176 sq.); nam illos rex Philippus ex Amphictionum societate segregaverat.

327 Ἄρχοντος Θέωνος, πυλαίας ἠρινῆς, Ἀκρατίδας, Λαόνικος, [Κυλωιάδας], Τράχαλος, Λακεδαιμόνιοι ναοποιοί, v. *Bull. Hell.* XXIV 1900, 476 34 ⟨29⟩.

323 Bello Lamiaco exorto Messenii ab Macedonibus defecerunt, cum Lacedaemonii in fide starent, v. Diod. XVIII 11, 3, Paus. I 25, 4; IV 28, 3; V 4, 9.

322 Antipater in Peloponnesi urbibus eis, qui in Macedonum partes ibant, summam imperii tradidit, v. Diod. XVIII 57, 1.

317 Lacedaemonii Polyperchoni favebant, quia libertatem Graecorum se restituturum esse pollicitus erat. Cum Cassander, Antipatri filius, rerum in Macedonia potitus urbi immineret, moenia exstruere coeperunt, v. Iustin. XIV 5, 5. 7; cf. Diod. XVIII 75, 2. Eodem fere tempore Polyperchonem praesidium in arce Ithome collocasse veri est simile, v. Diod. XIX 64, 1.

316 Dinosthenes Olympiae stadium vicit, v. *I. v. Ol.* 171, Dittenberger Syll.[2] 682: Δεινοσθένης Δεινοσθένεος Λακεδαιμόνιος τῶι Δὶ Ὀλυμπίωι ἀνέθηκε Ὀλύμπια νικάας στάδιον. ἀπὸ τᾶσδε τᾶς στάλας ἐλ Λακεδαίμονα ἑξακάτιοι τριάκοντα, ἀπὸ τᾶς δὲ πὸτ τὰν πράταν στάλαν τριάκοντα. Cf. Diod. XIX 17, 1 (ubi Δεινομένης), Euseb. I 206, 34 (ubi Demosthenes), Paus. VI 16, 8. Messeniorum urbes praeter Ithomen in Cassandri potestatem redactae sunt, v. Diod. XIX 54, 3; cf. Beloch *Gr. Gesch.* III 1, 114 adn. 2.

c. 316 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Διοκλέους Πα[σι]κράτης Πασιτέλους Μεσσάνιος ἐκ Θουρίας πρόξενος Δελφῶν, v. *Bull. Hell.* V 1882, 221, 53, Pomtow *Jahrbb.* 1896, 615, 3; de tempore idem *Delph. Chron.* 2699, Bourguet *Administr.* 11.

c. 315 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Ἀρχετίμου Δείνιππος Δεινύλου Μεσσάνιος ἐξ Ἰθώμας πρόξενος Δελφῶν, v. *Bull. Hell.* VI 1882, 221, 52, Pomtow *Jahrbb.* 1896, 614, 1; de tempore idem *Delph. Chron.* 2699, Bourguet *Administr.* 11.

315 Antigonus, Syriae satrapes, cum bellum Ptolemaeo et Cassandro indixisset, Aristodemum in Peloponnesum ad foedus faciendum cum Polyperchone eiusque filio Alexandro misit. Qui naves ad Laconiam appulit et a Lacedaemoniis, ut mercennarios contraheret, impetravit, v. Diod. XIX 57, 5. 60, 1. Polypercho ab Antigono 'praetor Peloponnesi' creatus est, v. Diod. XIX 60, 1. Cum Messenen praesidio satis magno confirmasset, Cassander, qui in Messeniam invaserat, ab arcis oppugnatione destitit, v. l. l. 64, 1.

Paullo post Polypercho filium secutus ab Antigono defecit et ad Cassandrum transiit; cf. Beloch *Gr. Gesch.* III 2, 371 ex titulo Scepsio *Journ. Hell. stud.* XIX 1899, 335.

314 Messene cum aliis Peloponnesi urbibus a Telesphoro, Antigoni legato, liberata esse videtur, v. Diod. XIX 74, 2: (Τελέσφορος) ἐπῆλθε τὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου φρουρουμένας καὶ πάσας ἠλευθέρωσε πλὴν Σικυῶνος καὶ Κορίνθου (contra Beloch III 1, 129, adn. 2). Peloponnesi oppida Macedonum praesidiis levata foedus fecisse primus Beloch III 2, 372 ex Diod. XIX 28, 4. 37, 2 cognovit.

309/8 Cleomenes, Spartanorum rex, diem supremum obiit, v. Diod. XX 29, 1.

309/8—264 Areus I. Acrotati f., Cleomenis n., patrem subsecutus est, v. Diod. XX 29, 1; cf. Beloch III 2, 113 sq.

c. 308 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Μεγακλέους Νικόδημος Νικαρχίδου, Εὔκλητος Εὐκλείδου, Μεσσάνιοι πρόξενοι Δελφῶν, v. Wescher-Foucart *I. d. D.* 460 1. 461 1, Pomtow *Jahrbb.* 1896, 622, 11. 12, *SGDI* 2630 1. 2631 1; de tempore Bourguet *Administr.* 11.

303/2 Tarentini, qui a Romanis bello opprimebantur, a Lacedaemoniis auxilium petiverunt. Cleonymus ex stirpe regia ortus, cum initio rem bene gessisset, postremo (c. a. 297) domum redire coactus est, v. Diod. XX 104. 105, Liv. X 2. Cf. Manso *Sparta* III 255, Beloch III 1, 209.

IV. saec. exeunte. In catalogo mercennariorum (Atheniensium) IG II 963 63: Αἰσχρίων Μεσσάνιος.

IV. vel III. a. Chr. n. saec. Ἀράτα Λάκαινα Epidauri sanata esse dicitur, v. IG IV 952 1. Νικασιβούλα Μεσσανία ibidem deum consuluit, v. IG IV 952 129.

Ante a. 300 Ad Oniam [I], Iudaeorum pontificem maximum, de amicitia ineunda rex Areus litteras dedit, v. Ioseph. Ant. XII 226: *Βασιλεὺς Λακεδαιμονίων Ἄρειος Ὀνίᾳ χαίρειν. ἐντυχόντες γραφῇ τινι εὕρομεν ὡς ἐξ ἑνὸς εἶεν γένους Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐκ τῆς πρὸς Ἄβραμον οἰκειότητος. δίκαιον οὖν ἐστιν ἀδελφοὺς ἡμᾶς ὄντας διαπέμπεσθαι πρὸς ἀλλήλους, περὶ ὧν ἂν βουλώμεθα. ποιήσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς τοῦτο, καὶ τά τε ὑμέτερα ἴδια νομιοῦμεν καὶ τὰ αὑτῶν κοινὰ πρὸς ὑμᾶς ἕξομεν. Δημοτέλης ὁ φέρων τὰ γράμματα διαπέμπει τὰς ἐπιστολάς. τὰ γεγραμμένα ἐστὶν τετράγωνα· ἡ σφραγίς ἐστιν ἀετὸς δράκοντος ἐπειλημμένος. Cf. I Makk. 12 20–23. Iosephus perperam Oniam II intellexit, qui 187—168 summo apud Iudaeos munere fungebatur. Ad prioris Oniae tempora rettulit Schürer *Gesch. d. jüd. Volkes* I[4] 237. Litteras fictas esse post alios contenderunt Niese Pauly-Wissowa *RE* I 683, Willrich *Iudaica* 80.

IV./III. a. Chr. n. saec. Χαιρήμων Εὐαινέτου Μεσσάνιος θεαροδόκος (Apollinis et Aesculapii) in catalogo Epidauriorum, v. IG IV 727 *B* 2.

c. 300—260 Archidamus IV., Eudamidae I. filius, ex Eurypontidarum gente natus, regnum obtinuit, v. Plut. Dem. 35.

c. 300 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Εὐδόκου Ι Φ[- - Μ]εσσάνιος πρόξενος Δελφῶν, v. Pomtow *Jahrbb.* 1896, 595. 634, 24, *GGA* 1913, 145, *SGDI* 2638.

c. a. 300 Ἀριστοκλείδας Λακεδαιμόνιος Ἐνπεδία ναοποιὸς commemoratur in titulo Delphico *Bull. Hell.* XXVII 1903, 58 I 6.

c. 295 Delii Δημάρατον Γοργίωνος Λακεδαιμόνιον honoribus affecerunt, v. *Bull. Hell.* XX 1896, 506.

295 Demetrius Poliorcetes, cum imperio patrio amisso in Graeciam venisset, ut novum regnum sibi pararet, urbem Messenen oppugnavit [et cepit], v. Plut. Dem. 33, Polyaen. IV 7, 5. Contra Seeliger *Messenien* 5.

294 Athenis captis rex Lacedaemoniis arma intulit. Archidamo ad Mantineam devicto (v. Plut. Dem. 35, Agis 3) incursionem in Laconiam fecit et iterum hostes prope Spartam fugavit. Neque vero urbem etiamtunc male munitam (v. Paus. I 13, 6, VII 8, 5) expugnavit. Nam nuntiis ex Macedonia allatis in spem adductus Alexandri regnum sese occupaturum esse e Laconia discessit, v. Plut. Dem. 35, Polyaen. IV 7, 9. 10. Tunc Spartanos aequis condicionibus pacem a rege impetravisse suspicor; legatus quidam Spartanus a Plutarcho Dem. 42 commemoratur.

287 Demetrio ex Macedonia pulso Lacedaemonios quoque partes eius reliquisse inde colligo, quod

285 vel paullo post Antigonus Gonatas urbem rursus sub potestatem suam redegit, v. Euseb. Abr. 1731, ol. 123 4 = 285/4, Hieron. Abr. 1734, 1735 = 283/2. 282/1; cf. Iustin. XXIV 1, 3, Niese I 387, Beloch III 2, 304.

c. 283 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Κλεοβούλου Ι Ἀριστεὺς (καὶ) Φιλιά[δης Μεσσάνιοι?] πρόξενοι Δελφῶν, v. Pomtow *Jahrbb.* 1896, 633, 23, *GGA* 1913, 145, qui nomina legit; *SGDI* 2637.

Post 281/0 Lacedaemonii et Antigono Gonatae et Aetolis, qui cum illo foederati erant, auctore Areo rege bellum commoverunt; at rex in finibus Delphorum devictus est, ubi πολυανδρεῖον Λακώνων conditum, v. Pomtow *GGA* 1913, 152. Ut aliae civitates, ita Patrae, Dyme, Tritaea, Pharae a rege defecerunt et foedus illud inierunt, ex quo Achaeorum concilium coaluit, v. Iustin. XXIV 1, 1—6, Polyb. II 41, 10—12. Cf. Niese II 11, Beloch III 2, 305.

Messenii vero in fide Antigono stabant, nam:

279 cum Galli Graeciam invaderent, bellum inter eos et Lacedaemonios ortum erat, quo impediti sunt, ne Aetolis contra barbaros auxilium ferrent, v. Paus. IV 28, 3: Γαλάταις δὲ μεθ' Ἑλλήνων οὐκ ἐμαχέσαντο Κλεωνύμου καὶ Λακεδαιμονίων σπείσασθαι σπονδάς σφισιν οὐκ θελησάντων (item Arcades, v. Paus. VIII 6, 3).

Apollodorus Macedo in urbe Cassandrea rerum potitus foedus cum Antiocho et Lacedaemoniis fecit, v. Paus. IV 5, 4, Polyaen. VI 7, 2. Spartanos ipsos cum Antiocho societatem inisse, ex verbis Memn. 18: (συνεμάχουν) - - Ἀντιόχῳ δὲ πολλοὶ ἕτεροι, collegit Beloch III 1, 580.

De pace inter Spartanos et Antigonum convenisse, id quod Beloch nullo testimonio nisus contendit (v. *Gr. Gesch.* III 1, 587), negaverim.

Cleonymus, Cleomenis filius, regis patruus, ex urbe expulsus, quia rerum novarum cupidus erat (Phylarch. fr. 48 apud Plut. Pyrrh. 26, Paus. III 6, 2), urbe Zarace potitus est, v. Paus. III 24, 1: Κλεώνυμος - - μόνον τοῦτο τῶν Λακωνικῶν πολισμάτων ἐποίησεν ἀνάστατον.

272 Pyrrhus, rex Epiri, ex Italia redux, Peloponnesum subigere in animo habebat. Achaeorum et Messeniorum legationibus exceptus est (Iustin. XXV 4, 4; Pausaniae IV 29, 6 fides abroganda est); item Elei (Paus. VI 14, 9) et Megalopolitae (Plut. Pyrrh. 26) in partes eius ierunt. Spartani denique legatos Megalopolim miserunt. Pyrrhus autem, ut Cleonymum Sparta expulsum domum reduceret, in Laconiam ingressus est. Celeriter urbe munita Spartani Acrotato, regis filio, duce bis impetus Epirotarum reppulerunt. Pyrrhus spe deceptus sese urbem capturum esse castra septentriones versus posuit

(Polyb. V 19, 4), ut agros devastaret. Tunc cum Antigonus appropinquare nuntiaretur, Argos petivit, v. Plut. Pyrrh. 26, Iustin. XXV 4 (Paus. I 13, 4. 5 falso, cf. IV 29, 6), Polyaen. VI 6, 2. Areus Pyrrhum persecutus copias suas cum Antigoni coniunxit, ut Argivis auxilium ferret. Urbem ex parte occupaverunt et arma cum Pyrrho conflixerunt, qui in turba interfectus est, v. Plut. Pyrrh. 31 sqq., Polyaen. VIII 68. Cf. Niese II 56 sqq., de tempore Beloch III 2, 224 sqq., qui in rerum narratione III 1, 596 sq. paullum alienus est a me.

± 270 Spartani quamquam cum Antigono arma contra Pyrrhum gesserant, tamen in posterum regi Macedonum non favebant, quia libertate Graecorum conservata principatum in Peloponneso obtinere studebant. Messenii vero ab Antigoni partibus stetisse videntur, cf. Droysen *Gesch. d. Hell.* III 1, 221, Niese III 227, Seeliger *Messenien* 6. Areo duce Lacedaemonii societatem cum Achaeis, Eleis, Tegeatis, Mantineensibus, Orchomeniis, Phigalensibus, Caphyatis nonnullisque Cretensium civitatibus inierunt (Messenii non enumerantur), v. IG II 332 23 sqq.; singulae civitates legatos ad concilium mittebant (v. vs. 28), cui Spartanos praefuisse verisimile est. Foederati id praecipue agebant, ut libertatem rerum publicarum confirmarent, v. vs. 31 sqq. Rex Macedoniae ergo omnium hostis erat.

270—269 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Καλλικλέος I, πυλαίας ὀπωρινῆς, Φάβεννος Λακεδαιμόνιος ἱερομνήμων, v. *SGDI* 2513 7. De tempore Beloch III 2, 334. 336, Pomtow *GGA* 1913, 149.

Deinde Peloponnesii usque ad Augusti aetatem nusquam inter hieromnemones commemorantur, v. Pomtow Pauly-Wissowa *R. E.* IV 2621; cf. quae idem exposuit *GGA* 1913, 177. V. autem ad a. 160/59.

267 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Ἐμμενίδα I Ἀρεὺς βασιλεὺς βασιλέως Ἀκροτάτου καὶ Χιλώνιος βασιλίσσας πρόξενος Δελφῶν, v. *Bull. Hell.* XXXV 1912, 488. De tempore Pomtow *GGA* 1913, 150.

266 Quo melius rem suam contra Antigonum gererent, Lacedaemonii cum Ptolemaeo II. Philadelpho foedus fecerunt (vs. 21 sq.), qui ipse quoque cum Atheniensibus amicitia coniunctus erat (vs. 19). Chremonide Aethalide auctore archonte Peithidemo Athenienses ab Antigono defecerunt et societatem cum Lacedaemoniis inierunt. v. IG II 2, 332. 333; II 5, 510 *d* = Dittenberger Syll.² 214. De tempore Dittenberger *Hermes* II 1867, 304, Beloch III 2, 53, Kolbe *Archonten* 39. Ptolemaeus statuam Arei Olympiae dedicavit, v. *I. v. Ol.* 308. — Areus ab Atheniensibus honoratus, v. Pomtow *GGA* 1913, 152.
Paullo post Antigono bellum indixerunt, de quo Paus. I 1, 1. 7, 3; cf. III 6, 4—6, Trog. Prol. 26, Iustin. XXVI 2.

266 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Νικοδάμου Νίκων Εὐμαθίδα Λακεδαιμόνιος κωμῳδός, v. Wescher-Foucart *I. d. D.* 5 59, *SGDI* 2565 59. De tempore Pomtow *GGA* 1913, 150 sq.

265 Cum Antigonus Athenas obsidere coepisset, Areus copiis sociorum prope Isthmum contractis Atheniensibus auxilio venire in animo habebat; simul Patroclus praefectus classis Aegyptiae naves ad Atticam appulerat. Sed cum Macedones Corinthum et Megara obtinerent, socii infecta re domum profecti sunt, v. Paus. III 6, 4—6.

265 Ἐπὶ Κλεώνδα ἄρχοντος (Δελφῶν) enumeratur κιθαρῳδὸς Ὀροί[κ]ος Φιλίσκου Μεσσήνιος, Wescher-Foucart *I. d. D.* 6 12, *SGDI* 2566 12. De tempore Dittenberger Syll.² 691 adn. 1, Pomtow l. l.

264 Pugna ad Corinthum facta Areus devictus mortem occubuit, v. Trogus l. l., Plut. Agis 3; cf. n. 723. De tempore Beloch III 2, 113. 424, Kolbe *Archonten* 40.

264—263. 262? Acrotatus, Arei filius, regnum a patre suscepit.

c. 263 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Ἀχαιμένευς [ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος, ὁ δεῖνα - -]ίππου, Εὐκρατίδας Εὐκράτεος Μεσσάνιοι πρόξενοι Δελφῶν, v. *Bull. Hell.* VI 1882, 224 56, Pomtow *Jahrbb.* 1896, 631, 18, *SGDI* 2622 3. De tempore Pomtow *Delph. Chronol.* 2599, *GGA* 1913, 145.

[263. 262?] Acrotato duce Lacedaemonii arma cum tyranno Aristodamo conflixerunt. Vicerunt Megalopolitae, qui tanta praeda potiti sunt, ut Aristodamus porticum, quae Μυρόπωλις vocatur, exstrueret, v. Paus. VIII 27, 11; 30, 7, Plut. Agis 3.

Acrotati mortem ad annum ± 260 rettulit Droysen *Gesch. d. Hell.* III 1, 326, quem recentiores secuti sunt.

262 Athenis captis Antigonus bellum, quod Chremonideum vocamus, finivit. Societatem Spartanorum dissolutam esse cum Belochio III 1, 610 consentio. Tegea, Mantinea, Orchomenus, Caphyae tunc in potestatem tyranni Megalopolitani Aristodami, qui partes Antigoni sequebatur, redactae esse videntur. Achaeos vero amicitiam cum rege Antigono fecisse Beloch haud improbabiliter coniecit, v. III 1, 611; III 2, 307. Tunc Spartanos ab Antigono agro Dentheliate privatos esse suspicor nisus Tac. ann. IV 43, v. Kolbe *Ath. Mitt.* XXIX 1904, 376; Beloch ad annum 285 verba eius referebat III 2, 304; Niese contra Antigonum, qui Doso audit, intelligebat, v. II 346.

262?—254? Areus II. postumus Acrotato successit, cum Leonidas curam regni obtineret. Puer octo annorum mortuus est, v. Plut. Agis 3, Paus. III 6, 6.

c. 260—c. 250 (?) Eudamidas II., Archidami IV. filius, patrem in regno subsecutus est, v. Plut. Agis 3; cf. Beloch III 2, 118.

c. 254—242 Leonidas II. primum regnavit.

c. 250—241 Agis IV., Eudamidae II. filius, regnavit, v. Plut. Agis 3. Cum μειράκιον ὀλίγου δεῖν νεώτατον ἁπάντων designetur (Plut. Agis 14), Beloch III 2, 119 Agidem tunc sub tutela propinqui fuisse haud improbabiliter coniecit.

± 249 Agis [regis Agidis IV. tutor, v. Beloch III 2, 119] Arcadibus bello illato Megalopolim obsidebat, Paus. VIII 27, 12 sqq.; proelio cum Arcadibus et Achaeis Mantineae ad templum Neptuni Hippii commisso occisus est, v. Paus. VIII 10, 5—8, VI 2, 2; cf. Droysen III 379, Beloch III 1, 637. 2, 440 sqq., Paus. VIII 10, 5: πέραν δὲ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος τρόπαιόν ἐστι λίθου πεποιημένον ἀπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Ἄγιδος. Contra Manso III 2, 123 sqq., Niese II 303, 1.

± 245 Foedus inter Achaeos et Spartanos ictum est, v. Plut. Agis 13, de tempore Beloch III 1, 646.

III. a. Chr. n. saec. [Τ]αινά[ρι]ος Εὐ[τα]ξίδα Λακεδαιμόνιος πρόξενος Ἐπιδαυρίων καὶ θεαροδόκος τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Μαλεάτα καὶ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ, v. IG IV 925 22, item Φίλων Σωταιρίχου Μεσσάνιος vs. 56 eiusque frater (?) - - Σωτηρίχου Μεσσάνιος vs. 53.

Nomen Εὐ[τα]ξίδας correxi.

243/2 Agide auctore Lysander, Libyis filius, ephorus creatus legem tulit ad senatum, ut omnia fundorum pignora tollerentur et agri denuo civibus ex perioecorum numero auctis adsignarentur, v. Plut. Agis 8, qui Phylarchum secutus est. At oppugnante rege Leonida senatores relationem reiecerunt. Leonidas ab adversariis accusatus regno orbatus est, l. l. 1.

242—241 Cleombrotus, Leonidae gener, regnum adeptus est, v. Plut. Agis 11, Polyb. IV 35, 11, Paus. III 6, 7. 8.

242/1 Anno peracto ephori novi creati Leonidae faventes Lysandrum, quod praeter ius fecisset, accusaverunt. Seditione orta ephoris magistratus abrogatus est, Leonidas ipse ex urbe expulsus Tegeam fugit, v. Plut. Agis 12. Deinde tabulae hypothecarum (κλάρια) in foro ambustae sunt, v. Plut. Agis 13.

241 Arato auxilium a Spartanis contra Aetolos petente Agis Corinthum profectus paullo post infecta re domum rediit, v. Plut. Agis 13—15, Arat. 31—32, Paus. II 8, 5. Cum magistratus agros distribuere cunctarentur, Leonidas ab amicis in integrum restitutus est. Agis proditionis accusatus capitis damnatus est. Cleombrotus, Lysander, Agesilaus eiusque filius Hippomedo cum multis aliis in exilium eiecti sunt, v. Plut. Agis 16—21, Cic. de off. II 23, 80.

241—235 Leonidas iterum regnavit.

241—c. 228 (post 235) Eu⟦ry⟧damidas III., Agidis IV. filius, admodum puer rex factus haud ita multo post a Cleomene collega interfectus est, v. Paus. II 9, 1; III 10, 5, Plut. Cleom. 1.

c. 241 Discordiis per Aetolos compositis Messenii et Phigalenses foedus inierunt, quo ἰσοπολιτείαν καὶ ἐπιγαμίαν ποτ' ἀλλάλως esse conventum est, v. IG V 2, 419, Dittenberger Syll.² 234, *SGDI* 4645, Wilhelm IGA 1903, 791:

[Ἐπειδὴ ἐπελθόντες ο]ἱ πρεσβε[υ]ταὶ καὶ διαλύο-
[ντες οἱ παρὰ τῶν Αἰτω]λῶν Τίμαιος, Κλεόπατρος
[...7... τό τε ψάφισμ]α τὸ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἀπ-
[έδωκαν καὶ αὐτοὶ] διελέγοντο ὅμοια τοῖς ἐν τ-
[ῶι ψαφίσματι ἀ]ξιῶντες διαλυθῆναι ποτὶ τὼ-
[ς Φιαλέας, συμπ]αρόντες δὲ καὶ τῶν ἐ Φιαλείας
.....11..... Θαρυκίδας, Ὀνόμανδρος, Ἀνφίμα-
[χος ...7...]λας, Ὀρθολαΐδας, Κραταιμένης, Τι-
[....8...., Δ]αμάρετος τὰ αὐτὰ ἀξίων, ἔδοξε τᾶι
[πόλει τᾶι Μ]εσσανίων· ἦμεν τοῖς Μεσσανίοις κα-
[ὶ τοῖς Φια]λέοις ἰσοπολιτείαν καὶ ἐπιγαμία-
[ν ποτ' ἀλλ]άλως, ποιήσασθαι δὲ καὶ συνβολάν, ἅ-
[νπερ δοκεῖ] ἀνφοτέραις ταῖς πολέοις, τὰν δὲ χ-
[ώραν καρπ]ίζεσσθαι ἑκατέρως τώς τε Μεσανίω-
[ς καὶ τὼς Φι]αλέας, καθὼς καὶ νῦν καρπιζόμεθα.
[....9.... κ]α ὁμολογήσωμες ποτ' ἀλλάλως, ὀμό-
[σαι ἀνφοτέρ]ως, καὶ στάλας καταθέσθαι ἐν τοῖς
[ἱεροῖς, ὅπαι κ]α δοκεῖ ἀνφοτέραις ταῖς πολέο-
[ις· εἰ δέ κα μὴ ἐμ]μένωντι οἱ Φιαλέες ἐν τᾶι φιλ-
[ίαι πὸτ τὼς Μ]εσανίως καὶ Αἰτωλώς, ἄκυρος ἔ-
[στω πᾶσα ἁ ὁμολο]γία· ἔδοξε δὲ καὶ τοῖς Φιαλέ[ο-]
[ις ποιεῖν, καθ' ἃ ο]ἱ Μεσσάνιοι ἐψαφίξαντ[ο. Ὅρκ-]
[ος Μεσσανίων· ὀμ]νύω Δία Ἰθωμάταν, Ἥρα[ν...6...]
.......14......ον καὶ θεὼς ὁρκί[ως πάντας· ἦ]
[μὰν ἐμμενεῖν ...] ἐν τᾶι φιλί[αι τᾶι ὑπαρχώσαι]
[πὸτ Αἰτωλὼς καὶ Φι]αλέας τ[οῖς Μεσσανίοις, ..]
........15......μεν........18........

Foedus longe ante a. 221/0 factum esse docet Polyb. IV 6, 11: οὔτε τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς ἐκ χρόνων πρὸς τοὺς Μεσσηνίους φιλίας καὶ συμμαχίας οὐδ' ἡντινοῦν ποιησάμενοι πρόνοιαν. De tempore v. Beloch I 651.

Archidamus, Agidis frater, Messenae consedit, v. Polyb. V 37, 2, Plut. Cleom. 5.

240? Aetoli ducibus Timaeo et Charixeno e Messenia in Laconiam ingressi oppida perioecorum oppresserunt, Neptuni Taenarii fanum diruerunt, Spartae ipsi imminuerunt neque vero exules in urbem reducere potuerunt, v. Polyb. IV 34, 9; IX 34, 9, Plut. Cleom. 18. De tempore v. Niese II 262, 2, Beloch III 1, 652.

235—221 Cleomenes III., Leonidae filius, regnum obtinuit, v. Plut. Cleom. 38, Polyb. IV 35, Klatt *Rhein. Mus.* XLV 1890, 346 sqq.

229 Is Tegeam, Mantineam, Orchomenum, quae nuper in Aetolorum societatem inierant, Aetolis conniventibus rursus Lacedaemoniis adiunxit, v. Polyb. II 46, 2. 3. 57, 2: (Μαντινεῖς) μετέχοντες τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας. Cf. Klatt *Rhein. Mus.* XLV 1890, 356. Eodem fere tempore Achaeis Caphyas eripuit, v. Plut. Cleom. 4. Denique Elei foedus cum Spartanis fecerunt, v. Plut. l. l. 5.

228/5 Ἱππομέδων Ἀγησιλάου Λακεδαιμόνιος ὁ ταχθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου στρατηγὸς τοῦ Ἑλλησπόντου καὶ τῶν ἐπὶ Θράικης τόπων a Samothracibus honoratur, v. IG XII 8, 156.

228 Athenaeo, castello quodam in Belminatide sito, a Cleomene occupato et munito Achaei Arato praetore (229/8) bellum Lacedaemoniis indixerunt, v. Polyb. II 45, 5. 6, Plut. Cleom. 4.

c. 228 (?)—227 Archidamus V., Eudamidae II. filius, regis mortui patruus, Cleomene auctore Messene revocatus una cum eo regnum obtinuit, v. Plut. Cleom. 5, Polyb. V 37, 2 sq.; VIII 1, 3.

227 Cleomenes ad Lycaeum de Arato, Achaeorum praetore (227/6), victoriam reportavit, v. Plut. Arat. 36, Cleom. 5. Auctumno a. 227 Achaei iterum ἐν Λαδοκείοις haud procul a Megalopoli fugati sunt, Lydiadas occubuit, v. Plut. Cleom. 6, Arat. 36 sq., Polyb. II 51, 3. 55, 3. Deinde Cleomenes Al[iphei]ram et Heraeam cepit, v. Cleom. 7. Relicto exercitu civium in Arcadia cum mercennariis Spartam profectus rempublicam funditus commutavit. Sublato ephororum munere patronomos instituit, infra p. 21. Civium numerum ex perioecis in quattuor milia auxit et agros aequaliter distribuit. Res militaris Macedonum more commutata est. Archidamus, qui initio ex urbe fugerat, promissionibus falsis, ut reverteretur, illectus a parricidis interemtus est. Euclidas, regis frater, in regno collega factus est. Cf. Plut. Cleom. 8—12, Arat. 38, Polyb. II 47, 3; IV 81, 14.

Alipheiram coniecit Hiller, v. IG V 2 XIV.

226/5 Mantinea a Cleomene iterum capta victoria ad Hecatombaeum prope Dymen reportata est, v. Plut. Cleom. 14, Arat. 39, Polyb. II 51, 3.

225 Achaei praetore Timoxeno (225/4) de pace facienda cum Lacedaemoniis egerunt. Cleomenes, ut principatus concilii sibi concederetur, postulavit. Cum res iam convenisset, rex morbo impeditus est, quominus Argos ad concilium se conferret. Res ergo dilata est. Novo concilio Argis habito discordiae novae exortae sunt, ut bellum denuo exardesceret, v. Plut. Cleom. 15—17, Arat. 39. Ptolemaeus III. Euergetes, qui adhuc ab Arati partibus steterat, Cleomenem magna pecunia adiuvit, v. Polyb. II 51, 1. Cf. *I. v. Ol.* 309: Βασιλεὺς Πτολεμαῖος βασιλέα Κλεομένεα Λακεδαιμονίων Διὶ Ὀλυμπίῳ. Tota fere Arcadia praeter Megalopolim et Stymphalum necnon Achaiae urbes sub Lacedaemoniorum potestatem redactae sunt, v. Plut. Cleom. 17, Arat. 39, Polyb. II 52, 2. De tempore Beloch III 1, 732 ad Plut. Cleom. 17: τὰ Νέμεια ἦγον.

224/3 Res Achaeorum Arato praetore in summo discrimine erat: Corinthus, Epidaurus, Troezen a Cleomene captae, Sicyon ipsa obsideri coepta est, v. Polyb. II 52, 2, Plut. Cleom. 19, Arat. 41.

223 Achaei foedus cum Antigono Dosone fecerunt, v. Polyb. II 52, 3—8, Plut. Arat. 42. 43, Beloch III 735; [praetore Timoxeno II] III 2, 172 sqq. Macedones in Peloponnesum ingressi μετὰ Τιμοξένου τοῦ στρατηγοῦ Argos et Corinthum recuperaverunt denique castella in agro Belminatide sita expugnaverunt, v. Polyb. II 52, 5—54, 3, Plut. Cleom. 20. 21, Arat. 41.

223/2 Hieme appropinquante Aegii Antigonus principatum foederis Graecorum obtinuit, v. Polyb. II 54, 4: κατασταθεὶς ἡγεμὼν ἁπάντων τῶν συμμάχων.

222 Antigonus urbibus Arcadiae fere omnibus captis Laconiae imminebat Cleomene aditus praecludente, v. Polyb. II 54, 5—12, Plut. Cleom. 23.

222/1 Megalopoli a Cleomene deleta incolae Messenen, quae a neutrius partibus stabat, fugerunt, v. Polyb. II 55. 61. 62, Plut. Cleom. 23—25, Philop. 5, Paus. VIII 27, 10. 49, 4. Cleomenes a Ptolemaeo proditus media hieme regem Macedonum Argis versantem aggressus est, v. Polyb. II 64, Plut. Cleom. 25.

Ante a. 221 Titulus Clitorius *Ath. Mitt.* XI 1881, 303 24 sqq., IG V 2, 368 82: Μεσσάνιοι· Ξενοκλῆς Λυσάνδ[ρου], Λ[υ]σίνικος Παυσέα, Τιμαρχίδας [Λ]υσα - -, Πενίχων (?), Νικέας, in catalogo proxenorum enumerantur.

221 Ad Sellasiam Antigonus et Cleomenes arma conflixerunt, v. Polyb. II 65—69, Plut. Cleom. 28. 29, Philop. 6. De tempore v. Beloch III 2, 169.

Cleomene devicto primum hostes Spartam intraverunt (Iustin. XXVIII 4, 2 sq.). Antigonus urbi pepercit atque Lacedaemonios summa clementia tractavit, v. Polyb. II 70: μεγαλοψύχως καὶ φιλανθρώπως ἐχρήσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, cf. IV 34, 9, Plut. Cleom. 30. Imperium eorum non intra novos terminos coercitum est, id quod ex Polybii elucet verbis IV 24, 7: τὸν μὲν πατέρα (i. e. Antigonus Doso) πολεμίων ὄντων κρατήσαντα μηδὲν ποιῆσαι δεινόν; cf. V 9, 9: τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους κτλ.. Solum Aegytidem et Belminatidem, quae nuper a Cleomene occupatae erant, Megalopolitis reddendas curavit, v. Polyb. II 54, 3. De agro Dentheliate falso iudicavit Niese II 346; v. supra ad a. 262. Deletis Cleomenis commutationibus avitam Lacedaemoniis rempublicam restituit (Polyb. II 70; IV 35, 8; V 9, 8 sqq., Plut. l. l.), praeterquam quod regnum abolevit (Polyb. IV 22, 4). Et ephororum et gerontum munus redintegratum est; patronomi vero magistratus eponymi manserunt (v. infra p. 21). Spartani τῇ κοινῇ συμμαχίᾳ adscripti sunt, ut socii cum Philippi, tum Achaeorum essent, v. Polyb. IV 24, 5 sqq. 9, 4. 6. 15, 4. 16, 5. 19, 1, Beloch III 742; perperam Niese solum cum Achaeis foedus factum esse contendit, II 346. Quibus rebus confectis Antigonus statim in Macedoniam reversus Brachyllam, Neonis filium, ex Boeotia ortum, urbi praefecit. Polyb. XX 5, 12: ἐπιστάτην ἀπέλιπε τῆς πόλεως Βραχύλλαν, Plut. Cleom. 30.

Antigonus Deli titulum dedicavit *Bull. Hell.* XXXI 1907, 94: Βασιλεὺς Ἀντίγον[ος βασιλέως] Δημητρίου κα[ὶ Μακεδόνες] καὶ οἱ σύμμαχοι [ἀπὸ τῆς περὶ] Σελλασίαν μά[χης Ἀπόλλωνι].

Post 221 Lacedaemonii beneficiorum memores Antigonum post mortem summis honoribus affecerunt; v. Polyb. V 9, 9 sq.: ἐκρίθη - - μεταλλάξας Σωτήρ, οὐ δὲ παρὰ μόνοις Λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης; cf. titulum Geronthraeum n. 1122: βασιλέος Ἀντιγόνου Σωτῆρος.

Brachyllas haud ita multo post a Macedonum rege revocatus esse videtur, nam a. 220 Lacedaemonii praefecto peregrino non oboediunt; v. Polyb. IV 22, 4 sqq.

220 Messenii, Aetolorum socii, connivente Dorimacho Phigaliae praefecto a latronibus vexati (Polyb. IV 3, 9: ἐπέτρεψε τοῖς πειραταῖς λῄζεσθαι τὰ τῶν Μεσσηνίων, φίλων ὄντων καὶ συμμάχων et IV 6, 11; falso Niese II 411 sq., Beloch III 1, 744), cum paullo post a Scopa et Dorimacho premerentur, Achaeos, ut concilii Graecorum participes fierent, oraverunt. De hac re non diiudicatum est; Achaeorum autem foederi Messenii adscripti sunt, v. Polyb. IV 6, 7. 9, 6. Aetoli se pacem conservaturos esse promiserunt, dum Achaei foedus cum Messeniis factum solverent, v. Polyb. IV 15, 8. Paullo post Aetolis ab Achaeorum concilio bellum indictum est. Polyb. IV 32, 1: οἱ δὲ τῶν Μεσσηνίων προεστῶτες ὄντες ὀλιγαρχικοὶ - - διέκειντο πρὸς τὴν εἰρήνην, 36, 8: ἡσυχίαν ἦγον. Spartae seditione exorta Adimantus ephorus aliique, qui Macedonum partes sequebantur, trucidati sunt. At appropinquante rege Philippo V. foedus restitutum est, v. Polyb. IV 22—24. Nihilo minus seditio renovata est: ephoris trucidatis, amicis Philippi expulsis Lacedaemonii foedus cum Aetolis fecerunt, v. Polyb. IV 34. 35, 5: ἐποίουν δὲ ταῦτα - - οὐχ ἥκιστα διὰ Κλεομένη - - προσδοκίαν ἔχοντες τῆς ἐκείνου παρουσίας ἅμα καὶ σωτηρίας.

Ἀγησίδαμος Μεσσήνιος τὴν ἑκατοστὴν καὶ τετταρακοστὴν Ὀλυμπιάδα [ἀνδρῶν π]αγκράτιον vicit, v. *I. v. Mag.* 16 16.

219 Nuntio allato Cleomenem Alexandriae mortuum esse tertio anno, postquam e Graecia eiectus est, Spartani regnum restituere decreverunt: creati sunt Agesipolis III., Agesipolidis f., Cleombroti n., admodum puer, et Lycurgus, quem ephoros argento corrupisse dicunt, ut Herculis propago declararetur, v. Polyb. IV 35, 10—15. 2, 9; XXIII 6, 1. Agesipolis vero sub Cleomenis cuiusdam tutela erat, Plut. Agis 11.

Regnaverunt Agesipolis 219—c. 215, Lycurgus 219—c. 212, v. Beloch III 2, 117.

Aestate media. Lycurgus Πολίχναν καὶ Πρασιὰς καὶ Λεύκας καὶ Κύφαντα προσπεσὼν ἄφνω κατέσχεν, Γλύμπεσι δὲ καὶ Ζάρακι προσπεσὼν ἀπέπεσεν. Deinde Athenaeum in Megalopolitarum finibus situm obsidere coepit. Simul Lacedaemonii Achaeis bellum indixerunt et Eleis, ut consilia cum suis coniungerent, persuaserunt, v. Polyb. IV 36, 1—6. 37, 6.

219/8 Chilo ex regia stirpe ortus Lycurgo insidebat et rebellionem fecit sperans se regno potiturum esse. Quae spes eum fefellit; ex urbe pulsus ad Achaeos fugit. Lycurgus vero Spartam rediit, v. Polyb. IV 81.

218 Aetolis Phigalia pulsis Messenii Philippo et Achaeis auxilio venerunt, v. Polyb. V 4, 5: τὸ λοιπὸν ἤδη μετεῖχον Μεσσήνιοι τοῦ πολέμου. — Lycurgus incursionem in Messeniam fecit, v. Polyb. V 1—11. 17, 1. Philippus in Laconiam ingressus terram usque ad Neptuni Taenarii fanum devastavit, deinde Parnonis paeninsulam usque ad

Boeas. Haud procul ab urbe Sparta arma cum Lycurgo feliciter conflixit, v. Polyb. V 18—24.

217 Pyrrhias, Aetolorum dux, cum Messenen oppugnare una cum Lycurgo in animo haberet, a Cyparissiis repulsus est, v. p. 277. Lycurgus oppido Calamis capto praesidium collocavit, v. p. 258, n. 1369. Polyb. V 92. Naupacti de pace convenerunt ea condicione, ut quae quisque occupaverat, obtineret, v. Polyb. V 103, 7.

c. 215 Cum Messenae discordiae intestinae exortae essent, Philippus V. comite Demetrio Phario urbem adiit. Praesente eo magna caede inter nobiles facta magistratus pulsi sunt, v. Plut. Arat. 49, Polyb. VII 11. 12, 10. 13, 6, Liv. XXXII 21, 23. Cf. Seeliger *Messenien* 13 adn. 12. Οὔσης δημοκρατίας παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ τῶν μὲν ἀξιολόγων ἀνδρῶν πεφυγαδευμένων, τῶν δὲ κατακεκληρουχημένων τὰς τούτων οὐσίας ἐπικρατούντων τῆς πολιτείας, δυσχερῶς ὑπέφερον τὴν τούτων ἰσηγορίαν οἱ μένοντες τῶν ἀρχαίων πολιτῶν, Suid. s. v. Ἰσηγορεῖ = Polyb. VII 10, 1.

±215 Agesipolis adhuc infans tutore Cleomene mortuo a collega Lycurgo expulsus est, ut regnum in tyrannidem mutaretur, v. Liv. XXXIV 26, 14; cf. Polyb. XXIII 6, 1: οἱ ἐκ Λακεδαίμονος φυγάδες, ἐν οἷς ἦν Ἀρκεσίλαος καὶ Ἀγησίπολις.

c. 214 Demetrius Pharius cum Macedonum exercitu Messenen oppugnavit et repulsus occubuit, v. Polyb. III 19, 11, Paus. IV 29, 1—5. Qua occasione Saethidas optime de patria meritus est, v. Paus. IV 32, 2.

214 Philippus ipse Messeniis bello illato agros devastavit neque vero arcem Ithomen cepit, v. Plut. Arat. 51, Polyb. VIII 10, 1 sqq. 14, 1. Alcaeus Messenius ὁ τῶν λοιδόρων ἰάμβων καὶ ἐπιγραμμάτων ποιητής (Euseb. praep. ev. X 2, 23) Philippo obtrectavit, v. Anth. Pal. IX 518:

Μακύνου τείχη, Ζεῦ Ὀλύμπιε, πάντα Φιλίππῳ
ἀμβατά· χαλκείας κλεῖε πύλας μακάρων.
χθὼν μὲν γὰρ καὶ πόντος ὑπὸ σκήπτροισι Φιλίππου
δέδμηται· λοιπὰ δ' ἁ πρὸς Ὄλυμπον ὁδός.

Anthol. IX 519:

Πίομαι, ὦ Ληναῖε, πολὺ πλέον ἢ πίε Κύκλωψ
νηδὺν ἀνδρομέων πλησάμενος κρεάων·
πίομαι. ὡς ὄφελόν γε καὶ ἔγκαρον ἐχθροῦ ἀράξας
βρέγμα Φιλιππείης ἐξέπιον κεφαλῆς.
ὅσπερ ἑταιρείοιο παρὰ κρητῆρι φόνοιο
γεύσατ' ἐν ἀκρήτῳ, φάρμακα χευάμενος.

Ante a. 211 Lycurgum, qui a. 211 iam defunctus erat, filius Pelops admodum puer subsecutus est, v. Diod. XXVII 1.

211 Cum Aetoli foedus cum Romanis inirent, Messenios iam in amicitiam illorum rediisse suspicor, v. Liv. XXVI 24, 9 collato Polyb. IX 30, 6.

±211/0—207 Tutelam Pelopis, Lycurgi f., Machanidam accepisse haud improbaliter coniecit Wolters *Ath. Mitt.* XXII 1897, 144.

210 Lacedaemonii Aetolis auctoribus bellum cum Achaeis renovare constituerunt et foedus cum Aetolis, Eleis, Messeniis inierunt, v. Polyb. IX 28 sqq., XVI 13, 3. Regnante Pelope amicitiam et foedus cum Romanis facta esse suspicor, qua de re v. Liv. XXXIV 32, 1: 'amicitia et societas nobis - - cum Pelope, rege Lacedaemoniorum iusto ac legitimo, facta est'.

Paullo post neglecto rege Pelope Machanidas rerum potitus tyrannus Spartae factus esse videtur, v. Liv. XXXIV 26, 13, cf. Paus. IV 29, 10.

[210—]208 Machanidas Achaeos bello finitimo urebat, Liv. XXVII 29, 9. Rursus Belminatidem sub Lacedaemoniorum potestatem redactam esse inde colligo, quod Philopoemen illam regionem, quam 'iniuria tyranni possederant' Megalopolitanis reddidit, v. Liv. XXXVIII 34, 8. Tegeam a Lacedaemoniis Machanida duce expugnatam esse ex Polyb. XI 18, 8 elucet.

208 Cum legati Philippi et Aetolorum sociorumque eorum Aegii de pace agerent, Aetoli, ut Pylus Messeniis ab Achaeis redderetur, petiverunt, v. Liv. XXVII 30, 12. Bello renovato Achaei haud procul a Messene Messenios sociosque eorum Aetolos et Eleos vicerunt, v. Liv. XXVII 33, 5, cum Machanidas Argivorum finibus immineret, v. Polyb. X 41, 2, Liv. XXVIII 5, 5.

207 In proelio Mantineensi Machanidas devictus a Philopoemene mortem occubuit, v. Polyb. XI 11—18, cf. XIII 6, 1, Plut. Philop. 10, Paus. VIII 50, 2, Fougères *Bull. Hell.* XIV 1890, 81 sq.

Ad Machanidam pertinet titulus n. 236.

207 Machanida mortuo Nabis, Demarati f., rerum potitus est. Haesitat Wolters l. l., an ipse quoque Pelopis tutor fuerit, quem admodum puerum occidi iussit, v. Diod. XXVII 1: ὅτι Νάβις ὁ τύραννος τῶν Λακεδαιμονίων ἀνεῖλε Πέλοπα τὸν Λυκούργου μὲν τοῦ βασιλεύσαντος υἱόν, παῖδα δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντα. Ex gente Eurypontidarum Nabidem ortum esse Homolle *Bull. Hell.* l. infra l. inde collegit, quod Demarati filius audit. Regio nomine usus est, v. n. 885 *a—c* et titulum Delium *Bull. Hell.* XX 1896, 502 sqq.; cf. Polyb. XIII 6, 5, Liv. XXXIV 31, 13; XXXV 12, 5.

207—192 Nabis summam in republica potestatem obtinuit. Atrocissimus et perditissimus tyrannus erat saevivitque in optimum quemque, ut aliorum spoliis facultates suas augeret, v. Polyb. XIII 6; cf. XVI 13; XVIII 16, Liv. XXXIV 35, 7. 36, 5. Cives ex patria expulit et agros eorum servis libertate donatis assignavit. Mercennarii multi sub signis eius stipendia merebant. Quo factum est, ut Spartae confluxus omnium hominum infimorum esset, Polyb. XVI 13, 2; cf. Liv. XXXII 38, 9; XXXIV 31, 14. 32, 9; XXXVIII 34, 2, Paus. IV 29, 10. Mulieres Spartanorum Hilotis in matrimonium dedit, ut numerus civium augeretur, Liv. XXXIV 36, 5. Non est dubium, quin Cleomenem secutus id egerit, ut nobiles coerceret et populum, quantum potuit, foveret. In tota Peloponneso latronibus favebat (Polyb. XIII 8, 1 sq.); imprimis vero cum Cretensibus societatem iniit, Polyb. l. l., Liv. XXXIV 32, 18. 35, 9. 36, 3.

207 Ἄρχοντος Δελφῶν [Ἀλεξέα] Messeniorum urbs, quia Aetolis milites auxilio miserat, laudibus affecta est (Pomtow *Jahrbb.* 1896, 637, 30. 758. 764, *SGDI* 2641), simul mercennariorum duces Δαμοκράτης Δαμάνδρου, Μνασάγορος Μαντικράτεος πρόξενοι Δελφῶν facti sunt, v. *Bull. Hell.* VI 1882, 223, 55, *Jahrbb.* 1896, 617, 5. 705, *SGDI* 2621.

De tempore Pomtow et Niese l. l. 763; Pomtow *GGA* 1913, 157.

Ἄρχοντος (Δελφῶν) Ἀλεξέα Messenii Aetolis milites ducibus Xenareto Telesarchi f. et Epichare Philliae f. auxilio miserunt, qui Delphos defenderent. Qua de causa et urbs Messeniorum a Delphiis laudata (*Bull. Hell.* XXI 1897, 618, *SGDI* 2844) et Ξενάρετος Τελεσάρχω ξεναγὸς καὶ Ἐπιχάρης Φιλλία παστάτας πρόξενοι Δελφῶν facti sunt (*Bull. Hell.* l. l., *SGDI* 2845). De tempore Pomtow *Delph. Chron.* 2631 et *GGA* 1913, 157.

c. 206 Messenii Dianam, quae Leucophryene audit, colere decreverunt, *I. v. Mag.* 43 collato n. 16 14. 25. Decretum Messeniorum hic habes. De tempore Kern *Hermes* XXXVI 1901, 501 sq.

Παρὰ Μεσσηνίων
Ἐπειδὴ παραγενόμενοι πρεσβευταὶ παρὰ Μαγνήτων
τῶν ἐπὶ Μαιάνδρου Φιλίσκος Πυθαγόρου, Κόνων Διο-
νυσίου, Λάμπετος Πυθαγόρου ἐνεφάνιζον τάν τε οἰ-
κειότατα καὶ τὰν φιλίαν τὰν προϋπάρχουσαν ποτὶ τὸ
κοινὸν τῶμ Μεσσανίων καὶ ἀπέδωκαν τὸ ψάφισμα, ἐ-
[ν] ὧι κατεκεχώριστο ὁ χρησμὸς ὁ γενόμενος ὑπὸ τοῦ
Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Δελφοῖς, λῶιον εἶμεν καὶ ἄμεινον
τοῖς σεβομένοις Ἄρτεμιν Λευκοφρυηνὰν καὶ τὰν πόλιν
καὶ τὰν χώραν ἱερὰν καὶ ἄσυλον νομίζοντι, κα[ὶ π]ερὶ
τῶν λοιπῶν πάντων διαλεχθέντων, καθὰ εἶ[χον]
τὰς ἐντολὰς παρὰ τᾶς ἰδίας πόλεως ἁρμοζό[ν]τ[ως τοῖς]
ἐν τῶι ψαφίσματι καταγεγραμμένοις, ἐνεφά[νιζον]
δὲ καὶ τὰν τᾶς θεᾶς ἐπιφάνειαν καὶ τὰς γεγενημέ-
νας ὑπὸ τῶν προγόνων ἐς τοὺς Ἕλλανας εὐχρηστίας,
καὶ παρακαλούντων, ὅπως ἀποδέξηται τὸ κοινὸ[ν τῶμ]
Μεσσανίων τὰν πανάγυριν καὶ ἐκεχειρίαν κ[αὶ τὸν ἀγῶ-]
να στεφανίταν ἰσοπύθιον τόν τε μ[ουσικὸν καὶ γυ-]
μνικὸν καὶ ἱππικόν, ὃν τίθητι τ[ᾶι Ἀρτέμιτι τᾶι Λευκο-]
[φρυηνᾶι ὁ δᾶ]μος ὁ Μαγν[ήτων, καὶ τὰν πόλιν καὶ]
[τὰν χώραν αὐτῶ]ν ἱερὰν καὶ ἄ[συλον εἶμεν, ἐπεὶ οὖν τοῖς]
[Μεσσανίοις πάτ]ριόν ἐστι μάλ[ιστα μὲν τὰς τῶν θεῶν]
[τιμὰς συναύξειν, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς συγγενέας καὶ]
[φίλους - - - - - - - - - - - - - - - -]
- - - - - - - - - -! καὶ το - - - - - - - -
[δέχεσθαι τὰ]ς [θυσίας] τᾶς Ἀρτέμιτος τᾶς [Λευκο-]
[φρυηνᾶς καὶ τὰ]ν ἐκεχ[ειρί]αν καὶ τοὺς ἀγῶνας στ[εφα-]
[νίτας ἰσ]ο[π]υθίως τόν τε μουσικὸν καὶ γυμνικὸν κα[ὶ]
[ἱππικόν, οὓ]ς ποιόντι οἱ Μάγνητες, καθὼς ὁ θεὸς ἔχρησε[ν·]
[τοῖς δὲ θε]αροῖς τοῖς ἐπαγγελλόντοις τὰν θυσίαν καὶ ἐκε-
[χειρίαν] τᾶς Ἀρτέμιτος τᾶς Λευκοφρυηνᾶς δόντων οἱ
ταμίαι, ὅσα καὶ τοῖς τὰ Πύθια ἐπαγγελλόντοις.

Vs. 21 extr. 22 suppl. Holleaux *Rev. ét. anc.* III 1911, 123, 43.

205 Paci, quae ex Phoenice vocatur (αἱ ἐν Ἠπείρῳ διαλύσεις Polyb. XVIII 1, 14), ut Romani, ita Elei, Lacedaemonii (Nabide duce), Messenii interfuerunt, v. Liv. XXIX 12, 13 sqq.

204 Bellum inter Megalopolitas et Lacedaemonios denuo exarsit (Polyb. XIII 8, 3 sq.), quod per complures annos ducebatur; cf. ibid. XXI 7, 3.

201 Neglecto foedere Nabis urbem Messeniorum oppressit. Appropinquantibus vero Achaeis Philopoemene duce domum rediit, v. Plut. Philop. 12, Polyb. XVI 13, 3. 16, Liv. XXXIV 32, 16, Paus. IV 29, 10; VIII 50, 5. Cf. *I. v. P.* 60: [τὸν καταστρεψάμενον Ἀργε]ίου[ς καὶ] Με[σ]σ[η]νίους.

Exeunte III. a. Chr. n. saec. Ἄρχοντος ἐν κοινῷ (Boeotorum) Ἀρτυλάου Γεννικὸς et Κριτόδαμος Λεώνδου Μεσσήνιοι - - πρόξενοι καὶ εὐεργέται τῆς πόλεως τῶν Ὠρωπίων, v. IG VII 292.

III. fere a. Chr. n. saec. Παντίας et Γοργίας Παντίου Λάκωνες - - - πρόξενοι τῆς πόλεως τῶν Ὠρωπίων, v. IG VII 337.

Ineunte II. a. Chr. n. saec. Ἱερέως (τοῦ Ἀμφιαράου) Ἑρμοκράτου Γανίτας Θαλησικλέου Μεσσήνιος πρόξενος τῆς πόλεως τῶν Ὠρωπίων, v. IG VII 359.

II. (?) fere a. Chr. n. saec. IG II v 451 *h*: Ἡ βουλή, ὁ δᾶμος (Atheniensium) Νεοκλῆν Ἀθηνάδου Μεσσήνιον.

200—197 Bello inter Achaeos et Lacedaemonios redintegrato Nabis 'agros finitimorum vastabat et iam urbibus quoque erat terribilis', v. Liv. XXXI 25, 3; Megalopolim oppugnabat, v. Plut. Philop. 13. Nabidis milites ἐν τοῖς περὶ τὸν Σκοτίταν τόποις, ὅς ἐστι μεταξὺ τῆς Τεγέας καὶ τῆς Λακεδαίμονος (Polyb. XVI 36. 37) ab Achaeis duce Philopoemene occisi sunt.

197 Philippus ut Nabidem a Romanorum foedere abstraheret sibique conciliaret (Liv. XXXIV 32, 14, Iustin. XXX 4, 5, Zon. IX 16), Argos ei tradendos curavit, v. Liv. XXXII 38, 2 sqq. Nihilo minus tyrannus cum T. Quinctio Flaminino amicitiam confirmavit et Romanis auctoribus cum Achaeis indutias in quattuor menses fecit, v. Liv. XXXII 39, 10. Eidem anno Homolle tribuit titulum Delium: ἐπειδὴ βασιλεὺς Νάβις Δαμαράτου Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διατελεῖ περί τε τὸ ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τὸν Δηλίων κτλ., v. *Bull. Hell.* XX 1896, 503.

Nabis Timocratem Pellenaeum Argis praefecit. Principibus pecunia magna imperata (v. Polyb. XVIII 17, Liv. XXXII 38, 7 sqq. 40, 10 sq.), iuvenes a tyranno [ad militiam] coacti sunt, v. IG IV 497: Προτίμου Γορτυνίου. Θεοῖς· ἀγαθᾶι τύχαι· ἁλιαίαι ἔδοξε τελείαι τῶν Μυκανέων, Πανάμου ὑστεραίαι πρατομηνίας, ἀρήτευε δαμιοργῶν Δελφίων [Τι]μοκρίτου Δαϊφοντεύς· ἐπειδὴ ἀπ[αχ]θέντων [ἐφή]βων τῶν Μυκανέων ὑπὸ Νάβιος ἐς Λ[ακ]εδαίμονα ἐπολυώρησε Πρότιμος Τιμάρχου Γορτύνιος καὶ τὰν ἅπανσαν σπουδὰν ἔθετο ὡς διασωθεῖεν τοὶ ἀπαχθέντες, δεδόχθαι τοῖς κωμέταις κτλ.

196 Pax in Graecia restituta, v. Polyb. XVIII 44, Liv. XXXIII 30, App. Mac. 9, 3, Plut. Titus 9. Messenii frustra, ut Pylus et Asine ab Achaeis sibi redderentur, a legatis Romanis petiverunt, v. Polyb. XVIII 42, 7. Cf. infra p. 273, 276.

195 De Argis discordiae inter Achaeos et Lacedaemonios denuo exortae sunt. Senatus Romanus de bello Nabidi inferendo deliberavit et Achaeorum precibus commotus totam rem T. Quinctio Flaminino permisit, qui, quod e republica censeret esse, faceret, v. Liv. XXXIII 44, 8 sqq., Iustin. XXXI 1, 6. Cum Nabis civitatibus maritimis Laconiae sub potestatem suam redactis mare circa promontorium Maleam navibus piraticis infestum reddidisset (Liv. XXXIV 32, 18 sq. 36, 2 sq., Iustin. XXXI 1, 5), Corinthi omnes Graeci praeter Aetolos imperatorem Romanum, ut bello tyrannum persequeretur, oraverunt. Deinde ut pro viribus suis auxilia mitterent, Flamininus eos hortatus est, Liv. l. l. 22—24. Eumenes, rex Pergamenorum, et Rhodii cum classe Romanis contra Nabidem auxilio venerunt, v. *I. v. P.* 60: βασιλεὺς Εὐμένης ἀπὸ τῶν γενομένων ἐκ τῆς στρατείας λαφύρων, ἣν ἐστρατεύσατο μετὰ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐπὶ Νάβιν τὸν Λάκωνα τὸν καταστρεψάμενον Ἀργείους καὶ Μεσσηνίους, ἀπαρχὴν Ἀθηνᾶι Νικηφόρωι, cf. 61 et Liv. XXXIV 29, 2 sqq.

Nabis, ut Romanis resistere posset, Spartam fossa valloque munivit, v. Liv. XXXIV 27, 2, cf. Paus. VII 8, 4. Cf. Liv. XXXIV 38, 2: 'tyranni nuper locis patentibus planisque obiecerant murum; altiora loca et difficilia aditu stationibus armatorum pro munimento obiectis tutabantur.' Cives summa cum severitate oppressit, quorum octoginta interfecti sunt, Liv. XXXIV 27, 8. Flamininus collectis sociorum copiis, in quibus Messenii erant (v. ad Polyb. XXIII 5, 2 Seeliger *Messenien* 18), Laconiae bellum intulit. Proelio prope Menelaum feliciter commisso Flamininus Amyclis castris positis agros usque ad oram pervastavit, Liv. XXXIV 25—41, Plut. Tit. 13, Philop. 14, Iustin. XXXI 3, 1, Zon. IX 13. Agesipolis, qui a. 219 Lacedaemoniorum rex creatus erat, nunc exulum dux sperans se a Romanis in patriam reductum iri in castra T. Quinctii Flaminini sese contulit, v. Liv. XXXIV 26, 12. Simul urbes maritimae perioecorum ab Romanis auxilio Rhodiorum et regis Eumenis captae sunt, partim voluntate, partim vi, v. Liv. XXXIV 29. Gythio expugnato de pace actum est; sed paullo post Nabis condiciones a Flaminino impositas respuit (l. l. 37). Tunc imperator Spartam ipsam aggredi constituit; militibus Romanis in urbem intrantibus Pythagoras, Nabidis gener, aedificia muro proxima accendi iussit. Quo factum est, ut urbs iam capta ab hostibus liberaretur, Liv. XXXIV 38. 39. Eodem tempore Argivi praesidium Lacedaemoniorum oppresserunt et urbem liberaverunt, v. Liv. l. l. 40, 5 sqq. Nabis pacem a T. Quinctio Flaminino condicionibus quamquam iniquis impetravit. Obsidibus datis, in quibus Armenas, filius ipsius, pax a patribus confirmata est, v. Polyb. XXI 11, 9 sq., Liv. l. l. 40, 1—4. 43. Urbes maritimae dominatione Spartanorum liberatae Achaeorum curae mandatae sunt, v. Liv. XXXV 12, 2 et XXXVIII 31, 2: 'in fidem tutelamque Achaeorum'. Apparet igitur haec oppida sui iuris necdum fuisse. Cf. Swoboda *Klio* XII 1912, 21. 34; infra p. 196, 210. Contra Niese *Gesch.* III 37. 38.

Gytheatae Flamininum statuae honore affecerunt, v. n. 1165.

193 Aetolis auctoribus Nabis, qui aegre ferebat, quod oppida maritima amiserat, denuo bellum adversus Romanos molitus est, priusquam Antiochus, rex Syriae, quid in animo haberet, aperuerat, v. Liv. XXXV 12, 6 sqq. Plerisque oppidulis captis Gythium oppugnavit. Achaei urbi copias subsidio miserunt, cum Romani in annum insequentem praetorem A. Atilium classi praefecerunt. Liv. XXXV 22. 25, Plut. Philop. 14, Paus. VIII 50, 6; v. Ruehl *N. Jahrbb. f. Phil.* 127, 1883, 33 ff.

192 Iterum Eumenes rex Romanis contra Nabidem auxilium tulit, v. *I. v. P.* 62: οἱ μετὰ βασιλέως Εὐμέ[νου π]λεύσαντες τὸ δεύτερον εἰς τὴν Ἑλλ[άδα] στρατιῶται ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Νάβ[ιν κ]αὶ Ἀντίοχον - -; cf. n. 63, Liv. XXXV 39, 1. Philopoemen dux Achaeorum creatus infelici proelio navali in sinu Gythiaco commisso (Liv. XXXV 26, Plut. Philop. 14, Paus. VIII 50, 7) partem exercitus Lacedaemoniorum prope Pleias oppressit (Liv. l. l. 27, Iustin. XXXI 3, 2 sqq.). Nabis Gythio capto Philopoemeni obviam iit; prope 'Pyrrhi castra' cum Achaeis proelium commisit, quo et Pythagoras et tyrannus ipse devicti sunt; v. Plut. Philop. 15, Paus. VIII 50, 10. Cf. titulum Mantineensem Dittenb. Syll.^{2} 274 = V 2, 293. Nabide in urbe Sparta incluso Philopoemen per triginta dies totam planitiem Eurotae vastabat. Sed Titus Achaeos, ut indutiis cum tyranno factis e Laconia recederent, coegit; v. Plut., Paus. l. l. Aetoli Romanis bellum parantes Lacedaemoniis auxilio venerunt. Sed Alexamenus, dux eorum, tyrannum Nabidem per insidias occidit, v. Liv. XXXIV 35, Paus. VIII 50, 10. Lacedaemonii rege creato Aetolos ceciderunt. Quo nuntio allato Philopoemen, ut societatem cum Achaeis inirent, eis persuasit, Plut. Philop. 15. Cf. Head HN^2 418. Oppida maritima sub Achaeorum potestate manserunt, v. Liv. XXXVIII 31, 2.

---

191 Messenii, quia cum Aetolis sentiebant, concilio Achaeorum interesse negaverunt et legatos ad T. Quinctium Flamininum miserunt, qui nuntiarent Romanis sese portas urbis aperturos esse. Imperator Romanus Diophanem, Achaeorum praetorem, qui Messeniis bellum intulerat, obsidionem solvere iussit. Nihilo minus Messenios, ut exules reducerent et Achaeorum concilio interessent, coegit, v. Liv. XXXVI 31, Polyb. XXII 10, 6: τὸ τοῦ Τίτου διάγραμμα. Cf. Head HN^2 418 nummos: ΑΧΑΙΩΝ ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. Messeniis non solum Asine et Pylus, quae iam a. 196 in Achaeorum societate fuerunt (v. Polyb. XVIII 42, 7), ademptae sunt, sed etiam Corone, Colonides, Methone, Cyparissia. Cf. Head HN^2 432/3 (nummos Asinaeorum, Coronaeorum, in quibus Κορ vel Κορωναίων legitur), R. Weil *Zeitschr. f. Num.* IX 1882, 226 sqq., Niese *Gesch.* II 712 sq., infra p. 269. 272. 273. 275 sqq. Cum Elei eodem tempore foederi adiuncti essent, universa Peloponnesus sub Achaeorum potestatem redacta fuit, v. Paus. VIII 30, 5. Paullo post discordiae inter Lacedaemonios et Achaeos de restituendis exulibus a tyrannis expulsis, quorum permulti in oppidulis maritimis habitabant, exortae sunt. Achaei enim Philopoemene duce ut Messenae, ita Spartae exulibus favebant, ut opes et auctoritatem urbium minuerent. Aegii praesentibus T. Quinctio atque consule M. Acilio frustra de hac re actum est, v. Liv. XXXVIII 30, 6. 31, 1; cf. XXXVI 35, 6, Plut. Philop. 17.

191/0 Legati a Lacedaemoniis de vicis et obsidibus Romam ad senatum missi sunt. Rem patres distulerunt: περὶ δὲ τῶν φυγάδων τῶν ἀρχαίων θαυμάζειν ἔφησαν, πῶς οὐ κατάγουσιν αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκείαν, ἠλευθερωμένης τῆς Σπάρτης, v. Polyb. XXI 1. Obsides a Nabide dati eodem anno praeter Armenam, tyranni filium, domum redierunt, v. Polyb. XXI 3, 3, Manso Sparta III 409 ff., Petit-Dutaillis de Lac. supr. temporibus. Lutetiae Paris. 1894, 72.

189 Lacedaemonii oppido La, exulum refugio, de improviso oppugnato ab Achaeis auctores illius rei concilio dedere iussi sunt; quod cum abnuissent, societatem Achaeis renuntiandam esse decreverunt. Simul legatos ad consulem M. Fulvium Cephalleniam miserunt, ut urbem in dicionem populi Romani acciperet, v. Liv. XXXVIII 31. Priusquam consul in Peloponnesum venisset, bellum Lacedaemoniis ab Achaeorum societate auctore Philopoemene decretum est. Attamen consul ut bello abstinerent, donec legatos ad senatum misissent, postulavit. Patrum responsum ambiguum erat (Liv. l. l. 32, 9).

188 Ineunte vere Achaei magno cum exercitu in Laconiam ingressi Spartanos Lycurgi leges abrogare, Achaeorum leges institutaque accipere, exules revocare, Hilotas ex civitate removere, urbis moenia diruere iusserunt, Polyb. XXI 41; XXII 12, 2 sq.; XXII 1. 2, Liv. XXXVIII 33. 34; XXXIX 36, 4, Plut. Phil. 16, Paus. VII 8, 4; VIII 51, 3. Agro Belminatide Megalopolitanis ex decreto vetere Achaeorum restituto (Liv. l. l. 34, 8) foedus inter Lacedaemonios et Achaeos renovatum est; v. Polyb. XXII 10, 8, Liv. XXXIX 37, 16.

187/6 Lacedaemonii Romae in senatu questi impetraverunt, ut M. Aemilius Lepidus consul per litteras Achaeos vituperaret, v. Polyb. XXIII, 1—3.

186 Nicodemo Elio a Philopoemene legato Achaeorum (ἐπὶ Φιλοποίμενος στρατηγοῦντος 187/6) Romam misso patres, quod muri Spartae

diruti erant, Achaeis crimini dederunt (Ἀρισταίνου στρατηγοῦντος 186/5 τῆς πανηγύρεως ἀκμαζούσης), v. Polyb. XXII 3, 4. 7, 2. 5 sq.

185 Q. Caecilius Metellus (Pauly-Wissowa *RE* III 1206, 81) ex Macedonia profectus Argis cum Achaeorum magistratibus de Lacedaemoniorum quaerimoniis egit. Cui Diophanes assensus est, qui Philopoemenem haud prudenter fecisse dixit: οὐ μόνον τὰ κατὰ Λακεδαίμονα κεχειρίσθαι κακῶς, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ Μεσσήνην. Metello deinde, ut concilium Achaeorum, quo de his rebus decerneretur, cogeretur, rogante magistratus, ne id facerent, recusaverunt, v. Polyb. XXII 10, 1—15, Paus. VII 9, 1.

185/4 Ad patres Caecilius de Lacedaemoniis rettulit praesentibus Achaeorum legatis duce Apollonide Sicyonio. Simul Alcibiades et Areus, restitutorum exulum duces (τῶν ἀρχαίων φυγάδων), a Spartanis legati missi, moenia diruta, abductam plebem in Achaiam et venumdatam, ademptas Lycurgi leges questi sunt. Quo commotus senatus iterum legatos in Peloponnesum misit, v. Polyb. XXII 11—12, 4. 9. 10, Liv. XXXIX 33 (Paus. VII 9, 2 3 addit Appium Claudium).

185 Lycorta praetore Achaeorum auctore Alcibiades et Areus capitis damnati sunt, v. Liv. XXXIX 35, 5—8, Paus. VII 9, 2.

184 Clitore Appius Claudius id quod voluit persecutus est: Achaei Alcibiadem et Areum absolverunt, totam de Lacedaemoniis materiem ad senatum Romanum reiecerunt, v. Liv. l. l. 36. 37, Paus. VII 9, 3. 4, (κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ μʹ ὀλυμπιάδα Polyb. XXII 2).

183 Ineunte a. 183 consules priusquam in provincias proficiscerentur (Liv. l. l. 46, 6), tertium patres de Lacedaemone egerunt. Aderant quattuor Spartanorum legationes: Lysis ab eis, qui olim exules a. 188 redierant, missus erat, item Areus et Alcibiades, qui quidem modestiores erant; Serippus pro civibus, qui Achaeorum partes sequebantur, verba fecit; denique, qui ab Achaeis a. 188 expulsi erant, per Chaeronem, ut reditus sibi permitteretur petiverunt. Tresviri, qui discordias solverent, T. Quinctius Flamininus, Q. Caecilius Metellus, [App. Claudius] creati sunt. Id convenit, ut Lacedaemonii in Achaico concilio manerent et, quos Achaei damnaverant, restituerentur. De mancipiis vero discrepabant. Quo decreto a Lacedaemoniis et Achaeis consignato Q. Marcius legatus in Macedoniam et Graeciam missus est, v. Polyb. XXIII 4, Liv. XXXIX 48, 2—4, Paus. VII 9, 4. 5, cf. Hertzberg I 162, Petit-Dutaillis 79. Dinocrates, Messeniorum legatus, Romam missus cum T. Quinctio Flaminino de rebus domi commutandis egit, Polyb. XXIII 5. T. Quinctius legatus ad Prusiam et Seleucum, neque vero ad Graecos creatus Naupacti ab Achaeorum ducibus, ut concilium cogerent, rogavit. Quo negato Dinocrates, qui per Titum omnia, quae vellet, se persecuturum esse speraverat, deceptus (Polyb. XXIII 5, 1. 14—18), anno exeunte sua sponte Messenios ad defectionem ab Achaeorum foedere compulit, Liv. XXXIX 48, 5, Plut. Phil. 18, Iustin. XXXII 1, 4 sqq.

183. 182? Lacedaemonios denuo rempublicam commutavisse contendo. Quos Achaei a. 188 expulerant, redierunt, ut senatus Romanus poposcerat. Hoc inde elucet, quod Chaero, qui a. 183 exulum dux fuerat (v. Polyb. XXIII 4, 5: οἱ περὶ Χαίρωνα κάθοδον αὑτοῖς ἀξιοῦντες συγχωρηθῆναι καὶ τὴν πολιτείαν ἀποκατασταθῆναι τοιαύτην), anno insequente amicitia cum Achaeis confirmata a Lacedaemoniorum civitate Romam legatus missus est, v. Polyb. XXIII 18, 4. Iterum τοὺς ἀρχαίους φυγάδας pulsos esse suspicor, v. Polyb. XXIII 17, 10: ἑτέρων αὐτοὺς ἐκκεκλεικότων τῆς πόλεως (i. e. τοὺς ἀρχείους φυγάδας τοὺς ἀχαρίστως και ἀσεβῶς ἀνεστραμμένους εἰς αὐτούς, cf. 17, 12: συνεπισχῦσαι τοῖς ἀσεβῶς καὶ παρανόμως αὐτοὺς ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβεβληκόσιν, XXIV 8, 2: οἱ ἀκληρεῖν δοκοῦντες nominantur), collato 17, 8: τοὺς δὲ κυριεύοντας τῆς Σπάρτης κατὰ τὸ παρὸν βούλεσθαι σφίσιν μετέχειν τῆς συμπολιτείας, quos nuper rerum potitos esse ex eo apparet, quod foedus inter Achaeos et Lacedaemonios renovari necesse est, v. Polyb. l. l. 17, 6. Ut in integrum restituerentur, οἱ ἀρχαῖοι φυγάδες legatos ad senatum miserunt, in quibus Agesipolis, qui olim regnaverat (v. ad a. 219), et Arcesilaus. Hi a piratis capti occisi sunt, reliqui Romam pervenerunt, v. Polyb. XXIII 6, 1—3. 9, 1. Statim Lacedaemonios muros refecisse unus Paus. VII 9, 5 auctor est: ἐτειχίσθη δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς αὖθις Σπαρτιάταις ὁ κύκλος τοῦ ἄστεως, cui fidem abrogavit Niese *Gesch.* III 51, 5. 60, cum Hertzberg *Gr. Gesch.* I 162, Petit-Dutaillis l. l. 79 rectum intellexerint. Cf. praeterea Wace *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 27 et infra p. 168, ubi legendum Polyb. XXIII 17. Quando Lycurgi instituta restituta sint, non traditum est. Cum Hertzbergio I 162 et Petit-Dutaillisio 79 id a. 183 vel 182 factum esse consentio; Schorn *Gr. Gesch.* 312 de a. 184, Swoboda *Griech. Volksbeschlüsse* 141 de a. 183 monuerunt. Spartanos vetustis legibus a. 168 usos esse ex Livio XLV 28, 4 apparet.

183 Dinocrates ut Coronen et Colonides occuparet (v. p. 269. 272), profectus est. Philopoemen, qui oppidis auxilio veniebat, cum equitibus paucis captus veneno necatus est, Liv. l. l. 49. 50 (Polyb. XXIII 12, 3), Plut. Philop. 18—20, Iustin. l. l., Diod. XXIX 18, Paus. VIII 51, 5—8.

183/2 Achaei concilio Megalopoli habito bellum in Messenios decreverunt, quamquam Q. Marcius, ut Romanos consulerent, postulabat, v. Polyb. XXIV 9, 12. Statim legatos ad senatum miserunt, ne Messeniis auxilium ferret, v. Polyb. XXIII 9, 1. 12 sqq. Postquam Q. Marcius ad patres de rebus in Peloponneso gestis rettulit, rem differre, legatos autem retinere visum est. Spartanorum legationibus, quae tum aderant, altera ab exulibus nuper expulsis missa, altera duce ut anno praeeunte Serippo, nihil certi responsum est, donec bellum Messenium finitum esset, v. Polyb. XXIII 9, 1. 11, Liv. XXXX 2, 7.

182 Messene capta Dinocrates mortem sibi conscivit, reliqui defectionis noxii Achaeis dediti. Urbs rursus in societatem recepta (v. Polyb. XXIII 16, Plut. Philop. 21, Iustin. XXXII 1, 10, Paus. IV 29, 12; VIII 51, 8), sed in tres annos tributis omnibus levata est (v. Polyb. XXIV 2, 3). Dissoluto Messeniorum concilio (τὸ κοινὸν τῶν Μεσσανίων *I. v. Mag.* 45 6) Abia, Pherae, Thuria sui iuris factae in Achaeorum societatem receptae sunt, v. Polyb. XXIII 17, infra p. 252. 253. 262. Thearidas, Polybii frater, ordinandis his rebus operam dedisse videtur, v. *I. v. Ol.* 46 6. Bello Messenio opinione celerius finito senatus legatos Achaeorum et Lacedaemoniorum domum dimisit. Lycorta auctore Spartani Sicyone in societatem recepti sunt; Polyb. XXIII 17, 5—18, 2: προσδεξαμένων τῶν ἐν τῇ πόλει τούτους τῶν ἀρχαίων φυγάδων, ὅσοι μηδὲν ἐδόκουν ἄγνωμον πεποιηκέναι κατὰ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, Paus. VII 9, 5, qui addit: περὶ δὲ τῇ ἑκάστου ψυχῇ ξενικά σφισι διδόασι εἶναι δικαστήρια, ὅσα δὲ ἄλλα ἐγκλήματα, λαμβάνειν τε αὐτοὺς καὶ (ὑπέχειν) ἐν τῷ Ἀχαϊκῷ τὰς κρίσεις, cf. VII 12, 4, Wachsmuth *Leipz. Stud.* X 286 sqq., Swoboda *Klio* XII 1912, 29, 5. Denique de eis, qui tum exules erant, convenit, ne umquam redirent, quod iureiurando confirmatum est, v. Polyb. XXIV 9, 14: στήλην τεθεῖσθαι καὶ πεποιῆσθαι πρὸς τοὺς κατέχοντας τὴν πόλιν ὅρκους ὑπὲρ τοῦ μηδέποτε κατελεύσεσθαι τοὺς φυγάδας. Basis Epidauri inventa (IG IV 1421): Ἁ πόλις ἁ τῶν Λακεδαιμονίων Λυκόρταν Θεαρίδα Μεγαλοπολίταν ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας, ἃς ἔχων διατελεῖ εἰς αὐτάν. De tempore v. Wilamowitz *Isyllos v. Epid.* 4 adn. Achaei per Bippum, Lacedaemonii per Chaeronem patribus quae decrevissent nuntiaverunt (Polyb. XXIII 18, 3 sq.; XXIV 1, 1. 6. 7). Pax restituta esse videbatur, etiamsi οἱ ἀρχαῖοι φυγάδες per legatos, ut restituerentur, oraverunt, v. Polyb. XXIII 18, 5, Liv. XXXX 20, 2.

181 Spartae denuo discordiae intestinae exarserunt. Chaero, qui rerum potitus tunc plurimum in republica valebat, agros ex parte novum in modum divisit et pecuniam publicam in suum usum consumpsit. Cum hac de causa magistratus, quos δοκιμαστῆρας nominabant, creassent, Chaeron nobilissimum ex eis occidit, v. Polyb. XXIV 7. Quo factum est, ut Achaeorum praetor [Aristaenus?] intercederet: Chaeron damnatus in vincula abreptus est (ἐποίησε δέσμιον), v. Polyb. XXIV 7, Schorn *Gesch. Griech.* 322, Hertzberg I 170.

180/79 Patres de Lacedaemoniorum exulibus restituendis iterum litteras ad Achaeos dederunt, v. Polyb. XXIV 8, 1. 4. 6; (cf. XXIV 2, 1). At Lycortas iurisiurandi memor tulit rogationem, ne exules reducerentur. Quae sententia vicit. Callicrates vero Leontesius legatus Romam missus longe aliter, ac mandatum erat, rem egit. Eius opera factum est, ut senatus non solum Achaeis, sed etiam Aetolis, Epirotis, Atheniensibus, Boeotis, Acarnanibus, ut reducendos Spartam exules curarent, praeciperet. Polyb. XXIV 8—10, Paus. VII 9, 6.

179/8 Callicrates praetor Achaeorum creatus statim Lacedaemoniorum exules in integrum restituit, qui in honorem eius Olympiae statuam posuerunt. *I. v. Ol.* 300: Λακεδαιμονίων οἱ φυ[γ]όντες ὑπὸ τῶν τυράνν[ων] Καλλικράτη Θεοξένου Λεοντήσιον, καταγαγόντα εἰς τὰν πατρίδα καὶ διαλύσαντα ποτὶ τοὺς πολίτας καὶ εἰς τὸν ἐξ ἀρχᾶς ἐ[οῦσαν] φιλ[ίαν ἀποκ]αταστήσαντα. Item Messeniorum exules a Callicrate in integrum restituti sunt, v. Polyb. XXIX 10, 8—15, Paus. VII 9, 6.

172 Cum Perseus, Macedonum rex, bellum adversus Romanos pararet, Leonidas Lacedaemonius ex regia gente ortus id egit, ut cives Romanorum partes relinquerent. Litteris ad regem deprensis frequenti Achaeorum concilio exsilio damnatus in Macedoniam fugit, v. Liv. XLII 51, 8.

171 P. et Ser. Cornelii Lentuli circumeuntes Peloponnesi oppida, ut civitates hortarentur, Messenen quoque adierunt, v. Liv. XLII 37, 8.

Ante 170 a. Chr. n. Urbs Messeniorum Κάσσανδρον Μενεσθέως Alexandrensem ex Troade corona aurea ornavit, v. *Arch. Ztg.* XII 1855, 34, tab. LXXV, Dittenberger Syll.^{2} 291 14, Pomtow *Hermes* XLI 1906, 359 sq.

168 Iaso, Iudaeorum pontifex maximus, Oniae II. frater, quia Graecis favebat, Hierosolymis expulsus Lacedaemonem fugit, ubi diem supremum obiit, v. II. Makk. 5 9. Erat enim vetusta inter Lacedaemonios et Iudaeos amicitia, v. l. l. et I 12 7 14 20; cf. infra ad a. 145.

L. Aemilius Paullus Perseo devicto Spartam 'disciplina institutisque memorabilem' adiit, v. Liv. XXXXV 28, 4 secundum Polybium.

Saec. II. a. Chr. n. Lacedaemoniorum ad Larisaeos epistola, IG IX 2, 518:

[Λα]κεδαιμονίων ἔφο[ρ]οι κ[αὶ ἁ π]όλι[ϲ]
[Λα]ρι[ϲϲα]ίων τοῖϲ ταγοῖϲ [καὶ] τῷ δ[ά-]
[μωι χαίρειν. Ἀπ]εϲτάλκα[μ]εν π[ὸθ] ὑμὲ
[πρέϲβειϲ Ἀριϲ]τό[ν]ικον Εὐαμερίο[υ]
- - - - - - - - - - - -

Intra 164 et 149 Lites de finibus renovatae sunt cum Argivis (Paus. VII 11, 1) et cum Megalopolitis (Polyb. XXXI 1, 7), qui a. 188 agrum Belminatidem ex Achaeorum decreto recuperaverant. Spartani rem ad senatum provocaverunt. Deinde C. Sulpicio et M. Sergio legatis ad Antiochum et Eumenem missis, ut lites Graecorum diiudicarent, imperatum est (Polyb. l. l.) Achaeis a Gallo res tradita (Paus. l. l.). Agrum Megalopolitarum esse illi secundum arbitrium prius factum, iudicaverunt, v. *I. v. Ol.* 47 34—36; cf. Dittenberger Syll.^{2} 304, 5, Sonne 32 n. IL, Swoboda *Klio* XII 1912, 5.

160/59 Ex decreto urbis Cytinii ἄρχοντοϲ [ἐν Δελφοῖϲ Ἀνδρονίκου] τοῦ Φρικίδα facto apparet tunc alterum suffragium in Amphictionum concilio in Peloponnesiorum potestate fuisse, alterum, quod penes Dores erat, ex dimidio in Lacedaemoniorum: [7]κρινομένων περὶ τᾶϲ ψάφου τᾶϲ Ἀμφικτιόνων [spatium 11 litterarum, Δωριεῖϲ μὲν ἠξίωϲαν ἑαυτοῖϲ τὰν ψᾶφον] ἰδίαν ὑπάρχειν, Λακεδαιμόνιοι δὲ κατὰ τὸ ἥμ[ιϲυ μετέχειν ὡϲ πρότερον]; cf. Pomtow *GGA* 1913. 177.

II. a. Chr. n. saec. Lacedaemonii Epidauri statuam Lichonis posuerunt. IG IV 1423: Ἁ πόλιϲ τῶν Λακεδαιμονίων Λίχωνα [2] Φιλοκλέοϲ Αἰγιράταν ἀρετᾶϲ ἕνεκεν [3] καὶ εὐνοίαϲ, ἃϲ ἔχων διατελεῖ εἰϲ αὑ [4] τάν.

151/0 (?) Menalcidas Lacedaemonius, Achaeorum praetor, legatus Romam missus longe aliter, ac mandatum erat, id praecipue egit, ut Sparta concilio Achaeorum neglecto sui iuris fieret. Proditionis a Callicrate accusatus iudices corrupit, v. Paus. VII 12, 2. 3.

150/49 De agro [Dentheliate] rursus Lacedaemonii [cum Messeniis] certaverunt et legatos Romam miserunt. Patres vero appellatione non accepta ad Achaeorum concilium rem reiecerunt. Diaeus, praetor societatis, cives Spartanos capitis damnare Achaeorum concilio licere contendit, id quod Lacedaemonii negarunt. Cum denuo legatos Romam mittere decrevissent, Achaei quominus id facerent, impediverunt. Bellum iam paratur. Diaeo auctore viginti quattuor Spartani ex urbe expulsi Romam se contulerunt. In senatu Menalcidas pro Lacedaemoniis, Diaeus pro Achaeis verba fecerunt, v. Paus. l. l. 4 sqq.

149/8 Decreverunt patres legatos in Graeciam mittere, qui discordias sociorum solverent, v. Paus. VII 12, 9, Iustin. XXIV 1, 3. 4. Occulta mandata legatis data, ut concilium Achaeorum dissolverent singulasque urbes proprii iuris facerent, v. Iustin. l. l. 5. Cum Romani rem tardarent (Paus.), [Menalcida duce] Lacedaemonii a societate Achaeorum defecerunt, v. Polyb. III 56. Caecilius Metellus Achaeis, ne quid contra Spartanos molirentur, priusquam Romanorum legati advenissent, suasit. Tamen Diaeus bello Laconiae illato agros pervastavit, v. Polyb. XXXVIII 17, Paus. VII 13, Dio Cassius 72, 1. Perioecorum oppidula, quae adhuc sub Spartanorum potestate fuerant, societati Achaeorum adiunxit et praesidia ibi collocavit, v. Paus. l. l. 6.

148/7 Damocritus praetor anni insequentis consilio Metelli commotus indutias cum Lacedaemoniis iniit. At Menalcida duce hi de improviso vicum Ἶαϲον (Paus. VII 13, 7) in finitimis situm oppresserunt, ut bellum denuo exardesceret. Paullo post cum Lacedaemonii illi, quod indutias ruperat, crimini darent, poculum mortis exhausit (Paus. l. l. 8).

147 L. Aurelius Orestes (Pauly-Wissowa *RE* II 2514, 179), legatus Romanus, Corinthi magistratibus Achaeorum aperuit senatum decrevisse, ut Sparta, Corinthus, Argi, Heraclea Oetaea, Orchomenus Arcadum proprii iuris factae ab Achaeorum concilio seiungerentur, v. Polyb. XXXVIII 9, 6, Liv. per. 51, Paus. VII 14, 1, Cassius Dio 72, 1, Iustin. XXXIV 1, 6. 7. Cum Achaei ira inflammati Lacedaemonios in vincula conicerent, Orestes legatique, qui Corinthi versabantur, graviter offensi Romam redierunt, v. Polyb. XXXVIII 9, 2, Liv. l. l., Cassius Dio l. l., Iustin. l. l.; cf. Strab. VIII 6, 22 p. 381. Patres Sex. Iulium Caesarem aliosque in Peloponnesum miserunt, qui id agerent, ut bellum contra Spartanos gestum finiretur et Achaeorum noxii punirentur. Postquam Aegii actum est, Caesar Achaeos et Lacedaemonios Tegeam convocavit. At Critolaus, Achaeorum praetor, qui solus ad conventum venerat, sibi licentiam pacis faciendae datam esse negavit. Re infecta discesserunt, v. Polyb. XXXVIII 11, 1—6, Paus. l. l. 14, 4 sqq., Cassius Dio l. l. 72, 2.

146 Concilio Corinthi habito Achaei Critolao auctore bellum Spartanis et Romanis nuntiaverunt, quamquam Cn. Papirius, Metelli legatus, ne quid festinatius facerent, monuit, v. Polyb. XXXVIII 12, Diod. XXXII 26, 2 sqq., Paus. VII 15. Ἠλεῖοι - - καὶ Μεϲϲήνιοι κατὰ χώραν ἔμειναν, προϲδοκῶντεϲ τὸν ἀπὸ τοῦ ϲτόλου κίνδυνον, v. Polyb. XXXVIII 16, 3. Cum Achaeis Cn. Caecilius Metellus praetor ad Thermopylas, ad Isthmum L. Mummius consul bello conflixit. Graecis victis et universa Achaia in deditionem recepta Mummius Corinthum delevit, v. Polyb. XXXVIII 15 sqq., Liv. per. 52, Iustin. XXXIV 2, Paus. VII 15, 3 sqq., Zon. IX 31; cf. IG IV 894. Legati Romanorum ex senatus consulto Polybio adiuvante novum in modum res Graecorum constituerunt. Lacedaemonii soluta Achaeorum societate, qui ducenta talenta eis solvere iussi sunt (v. Paus. VII 16, 9 sqq., Zon. IX 31, 7), amici et socii populi Romani facti sunt, v. Strab. VIII 5, 6 p. 365: ἔμειναν ἐλεύθεροι πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο ϲυντελοῦντεϲ οὐδέν. Cf. Cic. pro Flacc. 26, 63, Plut. Inst. Lac. 42 extr.

Inde ab a. 146 Graeci annos computaverunt, Wilhelm *Beiträge* 114, v. n. 1390. 1392.

Messenios urbes maritimas Cyparissiam, Pylum, Methonen, Coronen, Thuriam, Abiam rursus sub potestatem suam redegisse opinati sunt Hertzberg I 296, 5, Niese III 355. Falso me iudice, cf. quae ad singulas urbes infra exposui. Quod ad agrum Dentheliatem attinet, de quo a. 150 discrimen exortum erat, Mummius consul statuisse videtur, ut Messeniorum esset; cf. Tac. ann. IV 13: idem regis Antigoni, idem imperatoris Mummii iudicium.

Mummium ipsum rem diiudicasse negant Dittenberger Syll.^{2} 314 adn. 1, Seeliger *Messenien* 25 sq.

Belminatidem vero tunc Lacedaemoniis redditam esse Hertzberg I 296 adn. 3 haud improbabiliter suspicatus est. Imperatorum enim aetate hanc regionem eorum fuisse ex Paus. VIII 35, 4 (cf. III 21, 3) apparet.

Oppida maritima non sub potestatem Spartanorum redierunt, sed sui iuris manserunt. Societatem inierunt, cui nomen τὸ κοινὸν τῶν Λακεδαιμονίων fuisse ex titulis n. 1111, 1226, 1227 conclusit Foucart *Voy. Expl.* II 110. Accedit nummus, quem habes apud Head HN^2 435: ΡΩΜΑ | ΚΟΙ[νὸν] ΛΑΚΕ[δαιμονίων] ΤΙ ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΑ Urbem Cyparissiam, quae postea Asopus appellata est, intelligendam esse censeo, cum Head, qui hunc nummum inter Spartanos enumerat, de Dianae epiclesi vel potius de certamine quodam agonistico cogitaret. An Τι[μοκράτηϲ] est praetor a. 72/1 (v. n. 1146 32)? Foucart. Cf. Strab. VIII 5, 5 p. 366: ϲυνέβη δὲ καὶ τοὺϲ Ἐλευθερολάκωναϲ λαβεῖν τινα τάξιν πολιτείαϲ, ἐπειδὴ Ῥωμαίοιϲ προϲέθεντο πρῶτοι οἱ περίοικοι τυραννουμένηϲ τῆϲ Ϲπάρτηϲ, οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ Εἵλωτεϲ. Paus. III 21, 6 rem perturbavit ratus Augustum demum urbes maritimas dominatione Spartanorum liberasse; cf. infra Augusti aetatem. Societati Lacedaemoniorum praetor praeerat, qui in annum creabatur; magistratus eponymus τοῦ κοινοῦ τῶν Λακεδαιμονίων erat, unde fiebat, ut urbium singularum magistratus saepius οἱ ἔφοροι οἱ ἐπὶ ϲτραταγοῦ τοῦ Δ. enumerarentur, v. n. 1110 11—1114 2. Praetorum seriem, quoad fieri potest, in indice IV 3 s. v. ϲτραταγὸϲ proposui. Bis occurrit ὁ ταμίαϲ, quem societatis magistratum esse apparet, v. n. 1226. 1227. Fanum Neptuni, quod Taenari erat, sociorum commune fuisse Foucart ex n. 1226 et 1227 perspexit. Sed cum decreta urbium Epidauri Limerae et Cotyrtae, quae in Lacedaemoniorum foedere versabantur, in fano Apollinis Hyperteleatae inventa sint, sequitur, ut hoc quoque templum societatis commune fuerit, v. p. 187 et n. 931 sq., 961 sq., 964—966. Cf. Foucart l. l., Kuhn *Beiträge* 107, *Städt. Verf.* II 49, Hertzberg I 296, 4, Gilbert *Gr. Staatsalt.* I^2 30, Schoemann-Lipsius *Gr. Alt.* I 240.

c. 145 Ionathas, Iudaeorum pontifex maximus, cum legatos de foedere faciendo Romam mitteret, Spartam adire eos iussit, ut amicitiam vetustam renovarent, v. Ioseph. Ant. (Niese) XIII 163 sqq., 166:

± 145 a. Chr. n. Ἀρχιερεὺϲ Ἰωνάθηϲ τοῦ ἔθνουϲ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἡ γερουϲία καὶ τὸ κοινὸν τῶν ἱερέων Λακεδαιμονίων ἐφόροιϲ καὶ γερουϲίᾳ καὶ δήμῳ τοῖϲ ἀδελφοῖϲ χαίρειν. εἰ ἐρρωμένοιϲ ὑμῖν καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια χωρεῖ κατὰ νοῦν, οὕτωϲ ἂν ἔχοι ὡϲ βουλόμεθα, ἐρρώμεθα δὲ καὶ ἡμεῖϲ. ἐπειδὴ τοῖϲ ἔμπροϲθεν χρόνοιϲ κομιϲθείϲηϲ Ὀνίᾳ τῷ γενομένῳ παρ᾽ ἡμῖν ἀρχιερεῖ παρὰ Ἀρέωϲ τοῦ βαϲιλεύϲαντοϲ ὑμῖν ἐπιϲτολῆϲ διὰ Δημοτέλουϲ περὶ τῆϲ ὑπαρχούϲηϲ ὑμῖν πρὸϲ ἡμᾶϲ ϲυγγενείαϲ, ἧϲ ὑποτέτακται τὸ ἀντίγραφον, τήν τε ἐπιϲτολὴν ἐδεξάμεθα προθύμωϲ καὶ τῷ Δημοτέλει καὶ τῷ Ἀρεῖ εὐνοϊκῶϲ διετέθημεν, οὐ δεόμενοι τῆϲ τοιαύτηϲ ἀποδείξεωϲ διὰ τὸ ἐκ τῶν ἱερῶν ἡμῶν πεπιϲτεῦϲθαι γραμμάτων. τὸ μὲν προκατάρχειν τῆϲ ἀναγνωρίϲεωϲ οὐδὲ δοκιμάζομεν, μὴ καὶ προαρπάζειν δοκῶμεν τὴν παρ᾽ ὑμῶν διδομένην δόξαν, πολλῶν δὲ χρόνων διαγενομένων ἀπὸ τῆϲ ἀρχῆϲ ἀναπωληθείϲηϲ ἡμῖν οἰκειότητοϲ ἐν ταῖϲ ἱεραῖϲ καὶ ἐπωνύμοιϲ ἡμέραιϲ θυϲίαϲ τῷ θεῷ προϲφέροντεϲ καὶ ὑπὲρ τῆϲ ὑμετέραϲ ϲωτηρίαϲ τε καὶ νίκηϲ αὐτὸν παρακαλοῦμεν. πολλῶν δ᾽ ἡμᾶϲ πολέμων περιϲτάντων διὰ τὴν τῶν γειτνιώντων πλεονεξίαν οὔθ᾽ ὑμῖν οὔτ᾽ ἄλλῳ τῶν προϲηκόντων ἡμῖν ἐνοχλεῖν ἐκρίναμεν. καταγωνιϲάμενοι δὲ τοὺϲ πολεμίουϲ πέμποντεϲ πρὸϲ Ῥωμαίουϲ Νουμήνιον τὸν Ἀντιόχου καὶ Ἀντίπατρον τὸν Ἰάϲονοϲ τῶν ἀπὸ τῆϲ γερουϲίαϲ ὄντων παρ᾽ ἡμῖν ἐν τιμῇ, ἐδώκαμεν αὐτοῖϲ καὶ πρὸϲ ὑμᾶϲ ἐπιϲτολάϲ, ὅπωϲ ἀνανεώϲωνται τὴν πρὸϲ ὑμᾶϲ ἡμῖν ϲυγγένειαν. καλῶϲ οὖν ποιήϲετε καὶ αὐτοὶ γράφοντεϲ ἡμῖν καὶ περὶ ὧν ἂν δέηϲθε ἐπιϲτέλλοντεϲ, ὡϲ εἰϲ ἅπαντα προθυμηϲομένοιϲ ὑπὲρ τῆϲ ὑμετέραϲ προαιρέϲεωϲ. Cf. I. Makk. 12 6—18 et ibid. 14 20 sqq., ubi Lacedaemoniorum responsum fictum habes.

± 140 Paullo post Mummii iudicium Lacedaemonii lite de agro Dentheliate renovata rem ad senatum provocaverunt. Senatus Milesios

arbitros dedit, qui diiudicarent, uter agrum habuisset, cum Mummius in Graeciam perveniret. In Messeniorum gratiam controversia sublata est, v. *I. v. Ol.* 52; cf. Neubauer *Arch. Ztg.* XXXIV 1876, 128, 16; XXXVI 1878, 104, R. Weil *Ath. Mitt.* VII 1882, 211, Kolbe ibid. XXIX 1904, 376; infra p. 260.

I. v. Ol. 52. Κρίσις περὶ χώρας Μεσσανίοις καὶ Λακεδαιμονίοις.

Πρεσβευτᾶν παραγενομένων παρὰ τᾶς πόλιος τῶμ Μεσσανίων Μηνοδώρου τοῦ Διονυσίου, Ἀπολλωνίδα τοῦ Νικάνδρου, Χαρητίδα τοῦ Δορκωνίδα καὶ τὰ γράμματα ἀποδόντων, ἐν οἷς διεσαφεῖτο ἀνανεωσαμένους τὰν ὑπάρχουσαν συγγένει[αν κ]α[ὶ] φιλίαν ταῖς πόλεσι ποθ᾽ αὑτὰς διαλέγεσθαι, ὅπως ἐπιχωρήσει ἁ πόλις ἀναγραφῆμεν εἰς Ὀλυμπίαν τὰ[γ] κρ[ί]σιν, τὰγ γενομέναν τᾶι πόλει αὐτῶν ποτὶ τὰμ πόλι[ν] τῶν Λακεδαιμονίων περὶ χώρας, ἀποδόντων δὲ τῶμ πρεσβευτᾶν καὶ ἐπιστολὰμ παρὰ Μιλησίων ἐσφραγισμέναν, περιέχουσαν τάν τε γεγε[ν]ημ[ένα]ν κρίσιν, διαλεγέντων δὲ κ̣[αὶ τῶ]μ πρεσβευτᾶν ἀκολ[ού]θως τοῖς γεγραμμένοις, ἔδοξε τοῖς συνέδροις· ἀπόκρισιν δόμεν, διότι τάν τε συγγένειαν καὶ φιλίαν τὰν ὑπάρχουσαν ποτὶ τὰμ πόλιν τῶμ Μεσσανίων ἀνανεοῦνταί τε καὶ ἐπὶ πλεῖομ προάξοντι, περί τε τοῦ ἐπιχωρῆσαι ἀναγραφῆμεν εἰς Ὀλυμπίαν τὰγ κρίσιν τὰγ γεγενημέναν τᾶι πόλει αὐτῶν ποτὶ τὰμ πόλιν τῶν Λακεδαιμονίων περὶ τᾶς χώρας ἐπὶ τοῦ δάμου τοῦ Μιλησίων, διότι ἐπιχωροῦντι, καθὼς ἁ πόλις τῶμ Μεσσανίων ἐγεγράφει καὶ οἱ πρεσβευταὶ παρεκάλεον· ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἐπί τε τᾶι ἐνδαμίαι καὶ ἀναστροφᾶι ἇι πεποίηνται, δόμεν δὲ αὐτοῖς καὶ Φιλόνικον τὸν ταμίαν ξένια τὰ μέγιστα ἐκ τῶν νόμων, καλέσαι δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπὶ τὰγ κοινὰν ἑστίαν. —

29 Μιλησίων οἱ πρυτάνεις καὶ οἱ ἡιρημένοι ἐπὶ τῆι φυλακῆι Ἠλείων τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς συνέδροις χαίρειν· παραγενομένωμ πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτῶν παρὰ Μεσσηνίων Μηνοδώρου τοῦ Διονυσίου, Φιλοίτου τοῦ Κρατίου, καὶ παρακαλούντων δοῦναι αὐτοῖς ἀντίγραφον πρὸς ὑμᾶς τῆς γεγενημένης κρίσεως Μεσσηνίοις τε καὶ Λακεδαιμονίοις κατὰ τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου, καὶ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου συγχωρησάντων τὰ προδεδηλω̣μένα καὶ ἐπιταξάντων ἡμῖν δοῦναι αὐτοῖς τὴγ κρίσιν, ὑπο[τ]άξαντες αὐτὴν τῆι ἐπιστολῆι ἐδώκαμεν τοῖς πρεσβευ[τ]αῖς, ὅπως διακομίσωσιν αὐτὴμ πρὸς ὑμᾶς ἐσφραγισμέ[νην] τῆι [δημ]οσίαι σφραγίδι.

40 Ἐπὶ στεφανηφόρου Εἰρηνίου τοῦ Ἀσκληπιάδο[υ] μηνὸς Καλαμαιῶνος δευτέραι, ὡς δὲ ὁ στρατηγὸς [ἔγρα]ψε Κόϊντος Καλπόρνιος Γαΐου υἱὸς μηνὸς τετάρ[του καὶ δεκά]του καὶ ἡμέραι ἑνδεκάτηι κατὰ σελήνην, ἀφ᾽ ἧ[ς ἡμέρας τὸ] δόγμα ἐγένετο, ἐκκλησία συνήχθη κυρία ἐ̣ν [τῶι θεά]τρωι ἐν τῆι προειρημένηι ἡμέραι, καθότι Λα[κεδαιμόνι]οι καὶ Μεσσήνιοι συνωμολογήσαντο, καὶ ἀπ[ε]κληρώθη κριτήριον ἐκ παντὸς τοῦ δήμου τὸ μέγισ[τ]ον ἐκ τῶν νόμων, κριταὶ ἑξακόσιοι, καὶ εἰσήχθη ἡ κρίσις κατά τε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ προειρημένο[υ] στρατηγοῦ καὶ κατὰ τὸ δόγμα τῆς συ[γκλ]ήτου ..... ἐπ᾽ ἀμφιλλο[γίαι δισσᾶι [1]Λ]α[κε]δαι[μον]ί[οι]ς [τ]ε [καὶ Μεσσηνίοις, ὁπό]τεροι ταύτην τὴν χώραν κατεῖχ[ον, ὅτε Λεύκιος] Μόμμιος ὕπατος ἢ ἀνθύπατος [ἐν ἐκείνηι τῆι ἐπαρ]χείαι ἐγένετο, ὅπως οὗτοι οὕτ[ως κατέχωσιν· καὶ δι[2]]ηιρήθη αὐτοῖς τὸ ὕδωρ πρὸς τὴμ [μέτρησιν[3], ἐπὶ μὲν τοῦ] πρώτου λόγου ἑκατέροις μετρη[ταὶ Μιλήσιοι δεκα]πέντε, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου λόγο[υ μετρηταὶ Μιλήσιοι] πέντε, καθότι καὶ αὐτοὶ εὐδόκησαν· [καὶ λε]ξάντων πρὸς τὴν τήρησιν τοῦ ὕδατος παρὰ [μὲν Λ]ακεδαιμονίων Εὐδαμίδα τοῦ Εὐθυκλέος, παρὰ δὲ Μ[εσσ]ηνίων Νίκ(ων)ος τοῦ Νίκωνος, καὶ ῥηθέντων τῶν λόγω[ν ὑ]φ᾽ ἑκατέρων, ἐκρίθη κατεισχῆσθαι ἡ χώρα ὑπὸ Μεσ[ση]νίων, ὅτε Λεύκιος Μόμμιος ὕπατος ἢ ἀνθύπατος [ἐ]ν ἐκείνηι τῆι ἐπαρχείαι ἐγένετο, καὶ ὅπως οὗ[τοι] οὕτως κατέχωσιν. τῶν ψήφων, αἷς ἔδοξεν κατεισ[χῆσθαι] ἡ χώρα ὑπὸ Μεσσηνίων καὶ ὅπως οὗτοι οὕτω[ς κα]τέχωσιν, πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τέσσαρες· αἷς κατεισχῆσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίω[ν], δεκαέξ.

[1]Supplevi; bis enim utramque partem verba fecisse ex vs. 57. 58 apparet. [2. 3] Temptavi.

II. vel I. a. Chr. n. saec. Ἀριστομένης Ἁγία I. Μεσσάνιος ἐποίησε *I. v. Ol.* 397; cf. n. 398. Et filius eius Ἁγίας II. Ἀριστομένεος Μεσσάνιος (ibid. 399) et nepos Πυρίλαμπος Ἁγία II. Μεσσάνιος (ibid. 400) ipsi quoque artificis artem exercuerunt.

c. a. 90 Achaeorum societatem restitutam denuo exstitisse ex titulo Olympico *I. v. Ol.* 328 collato cum titulo Gythiaco n. 1146 Hiller intellexit.

I. fere a. Chr. n. saec. *I. v. Ol.* 405: Τεχνῖται περὶ τὸν Διόνυσον ἐξ Ἰσθμοῦ καὶ Νεμέας οἱ εἰς Ἦλιν συμπορευόμενοι - - - - - α Μεσσήνιον τὸν αὐτῶν πρόξενον καὶ εὐεργέτην Διὶ Ὀλυμπίωι.

88 Cum Mithridates Graeciae bellum intulisset, Lacedaemonii primo Romanorum partes sequebantur; deinde victi (v. Memn. XXXII καὶ μὴν καὶ Λακεδαιμονίων ἡττηθέντων) foedus cum Archelao inire coacti sunt, priusquam Sulla in Graeciam perveniret, v. App. Mithr. 29: Ἀρχελάῳ δ᾽ Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες προσετίθεντο, ibid. Λακώνων δὲ καὶ Ἀχαιῶν ἐς συμμαχίαν - - προσιόντων, v. Eutrop. V 4, Oros. VI 2.

86/5 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Ἀθανίωνος et urbs Lacedaemoniorum Delphorum decreto honoratur et Εὐαμερίων, Ἀριστοκράτης, C........ Λακεδαιμόνιοι πρόξενοι Δελφῶν facti sunt, v. *Inv. Delph.* n. 4681.

Post 83 L. Licinius Murena L. f., Sullae legatus, qui a. 86 in pugna apud Chaeroneam sinistro cornui praefuerat, ab urbe Messene statuae honore affectus est, v. n. 1454. Eodem tempore, ni fallor, filius eius L. Licinius L. f. L. n. Murena Spartae versabatur, unde tabulam in udo tectorio pictam Romam transferendam curavit. Deinde aedilis factus comitium lapidibus Laconicis ornavit, v. Plin. XXXV 14, 173; cf. Drumann-Groebe *Gesch. Roms*² IV 199.

82—79 Spartani Stratonicensibus sese ius asyli fano Hecatae a dictatore Sulla concessum agnoscere et rectum habere significaverunt, v. *Bull. Hell.* IX 1885, 437 sqq., 450 172, Dittenberger OGI II 441 172.

Paullo post Sullae aetatem. Ἄρχοντος ἐν Ὠρωπῷ τ. Δ Νικόδαμος Νίκωνος Λακεδαιμόνιος ἄνδρας ἵππιον, Ἀριστοκλείδας Σωκράτεος Λ. ἀγενείους πάλην τὰ Ἀμφιάρα̣α καὶ Ῥωμαῖα vicerunt, v. IG VII 416 56. 60. Νικοκλῆς Νικάτα Λακεδαιμόνιος vicit Oropi, v. IG VII 417 50, et Larisae, v. IG IX, 2, 529 15.

Ἄρχοντος Φιλιστίδου (ἐν Ὠρωπῷ) Ἀρέτιππος Λυσίππου Λακεδαιμόνιος παῖδας στάδιον vicit, v. IG VII 420 42.

Ἁρμόνικος Εὐδαμίδα Λακεδαιμόνιος vicit Larisae ἄνδρας πένταθλον, v. IG IX 2, 534 21.

72 M. Antonium Creticum, cum a Gytheatis magna tributa peteret (v. n. 1146), Spartanis pepercisse veri simile non est.

± 70 Ἀντίβιος Ἁβρία Λακεδαιμόνιος Oropi παῖδας vicit IG VII 417 32 'neque vero multis annis post Sullana tempora' (Dittenberger ad n. 416). Theraeorum εὐεργέτης καὶ πρόξενος IG XII 3, 1299 25; Therae mortuus est, ibid. 1625. Cf. Hiller *Thera* III 119.

I. a. Chr. n. saec. medio. Titulus Atheniensis: Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Λαχάρην Εὐρυκλέους Λακεδαιμόνιον ἀρετῆς ἕνεκα, v. IG II v 248 n. 1171*b*.

48 Bello civili altero exorto Spartani Pompeio favebant (v. App. b. c. II 70; cf. 49. 71. 75) et pugnae ad Pharsalum commissae interfuerunt, Lucan. Phars. III 269.

44 Lite cum Messeniis de agro Dentheliate renovata primum ex Philippi, Amyntae f., temporibus Lacedaemonii vicerunt, v. Tac. ann. IV 43: C. Caesaris et M. Antonii sententia (agrum Lacedaemoniis) redditum. Cf. Hertzberg *Gesch. Griech.* I 472, 7, Klebs Pauly-Wissowa *RE* II 2075 s. v. Atidius Geminus 6, Kolbe *Ath. Mitt.* XXIX 1904, 377.

42 Huius beneficii memores Spartani Octaviani partes secuti sunt, cum bellum contra Brutum et Cassium pararet; Messenii autem his favebant. Duo milia militum ei auxilio miserunt, qui omnes fere in primo ad Philippos proelio occisi sunt, v. Plut. Brut. 41. L. Statius Murcus Rhodo capta a Cassio Taenarum missus est, qui classis Octaviani Antoniique motus observaret et pecuniam a Peloponnesi civitatibus extorqueret, v. App. b. c. IV 74: περισυράμενος ἐκ τῆς Πελοποννήσου λείαν, ὅσην ἔφθασε, 82. Antonius et Octavianus cum inopia frumenti premerentur, legionem unam ad commeatum parandum in Achaiam miserunt, v. App. b. c. IV 122. Victoria reportata ad Philippos Antonius, cui provinciae orientis contigerant, L. Marcium Censorinum Macedoniae et Graeciae praefecit; ipse urbes peragravit neque vero incolas, quia Bruto et Cassio faverant, punivit, v. Plut. Ant. 23. 24.

40 Spartanis, 'qui in tutela Claudiorum' erant, Tiberius admodum puer cum parentibus Achaiam peragrans publice demandatus est, v. Suet. Tib. 6. Mater eius Livia, cum in vitae discrimen incidisset, ab eis summa cum liberalitate excepta est, v. Cassius Dio LIV 7, 2.

39 Pace Miseni inita Achaia praeter Siciliam Sex. Pompeio in quinque annos a triumviris concessa est, v. Vell. II 77, Cassius Dio XLVIII 36, App. b. c. V 72. At Antonius Peloponneso nequaquam tradita immensa tributa oppidis imposuit, ut opes exhauriret provinciamque perderet, priusquam in Pompeii potestatem veniret, v. App. b. c. V 77: Ἀντώνιος - - κελεύων, ὅσα ἔτι ὤφειλον αὐτῷ Πελοποννήσιοι δόντα ἢ αὐτὸν ἀναδεξάμενον ἀποδώσειν παραλαβεῖν ἢ περιμεῖναι τὴν πρᾶξιν αὐτῶν. ὁ δὲ (Πομπήϊος) οὐκ ἐδέχετο ἐπὶ τοῖσδε τὴν χώραν, ibid. 80; cf. Cassius Dio XLVIII 39, 1: Ἀντώνιος εἰς τὴν Ἑλλάδα - - ἐπανελθὼν ἐνταῦθα ἐπὶ πλεῖστον ἐνεχρόνισε - - τὰς πόλεις κακῶν, ἵνα ὅτι ἀσθενέσταται τῷ Σέξτῳ παραδοθῶσι; cf. ibid. 46, 1: ἡ Ἀχαΐα ἐκεκάκωτο. Ad hoc tempus titulos Spartanum n. 11, Messenios n. 1432—1434 rettulerim.

39/8 Ἄρχοντος (Athenis) Μενάνδρου - - ς Ἀξιπόλιδος Μεσσήνιος inter ephebos enumeratur, v. IG II 482 III 116. De tempore Kolbe *Archonten* 141.

38—34 L. Sempronius Atratinus ab Antonio classi praefectus, quem nummos in Sicilia cusisse putant, semel occurrit in nummo Lacedaemoniorum, v. Imhoof-Blumer *Mon. grecq.* 172, 85, Head HN² 435: ΑΤΡΑΤΙΝΟΣ.

32 Cum bellum inter Antonium et Octavianum exortum esset, plerique Graeci, ut Athenienses, Messenii (Paus. IV 31, 1), Tegeatae Antonio favebant. Lacedaemonii autem in Octaviani partes ibant, v. Paus. l. l., VIII 8, 12, qua de causa Eurycles, illius Lacharis f., quem Antonius capitis damnaverat, complures naves, ut Octavium adiuvaret, paravit, v. Plut. Ant. 67.

31 Proelio Actiaco Lacedaemonii Eurycle duce interfuerunt. Cum Antonius navem vertisset, Eurycles contumaciter eum persecutus est, v. Plut. Ant. 67.

Inde a victoria Actiaca novam aeram Lacedaemonii et Messenii incohaverunt, v. n. 1359. 1374. 1398. 1468. 1469.

c. a. 29 a. Chr. n. Διόδωρος Δωροθέου (Δελφὸς) πρόξενος Λακεδαιμονίων, v. infra n. 1566.

28 Certamen in Apollinis Actii honorem habitum novum in modum ab Augusto constitutum est, ut memoria victoriae ab Antonio reportatae in posterum servaretur. Quinto quoque anno Nicopoli τὰ Ἄκτια ornabantur, quae instruenda Lacedaemoniis tradita sunt, v. Strab. VII 7, 6, 325: τὴν δὲ ἐπιμέλειαν ἔχουσιν αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι. Cf. Suet. Aug. 18, Cassius Dio XLI 1, n. 661. 662, Reisch Pauly-Wissowa *RE* I 1213. Qua de causa Spartani Amphictionum concilio ab Augusto commutato non interfuerunt, v. Paus. X 8, 2 et Hiller Pauly-Wissowa *RE* IV 2578.

Post 31 Eurycles, Lacharis f., (Pros. imp. Rom. II. 189. 198) civitate Romana donatus est. Amicitia Augusti fretus rerum potitus est, ut tyrannus fieret, v. Strab. VIII 5, 1 p. 361: ὁ καθ᾽ ἡμᾶς τῶν Λακεδαιμονίων ἡγεμών; cf. ibid. 5, 5 p. 366. Nummos cum capite Octaviani cudebat in quibus legitur: ΚΑΙΣΑΡ ΕΠΙ ΕΥΡΥΚΛΕΟΣ ΛΑ(κεδαιμονίων), v. Eckhel DN II 283, R. Weil *Ath. Mitt.* VI 1881, 13, 1; cf. 16. Divitiis eum abundasse Strab. l. l. p. 363 — ἣν (νῆσον Κύθηραν) ἔσχεν Εὐρυκλῆς ἐν μέρει κτήσεως ἰδίας — et Paus. II 3, 5, III 14, 6 auctores sunt. Spartae gymnasium exstruxit, quod ἐν τῷ Δρόμῳ situm erat. Asopi propter munificentiam honoratus est, v. n. 970. Cf. Niese Pauly-Wissowa *RE* VI 1330, a quo equidem nonnumquam alienus sum. — Cf. stemma p. 307.

Athenienses et Euryclis et filii Deximachi statuas posuerunt: IG III 801

a [ὁ δᾶμος]
[Γάϊο]ν Ἰούλιον Λ[αχάρους υἱὸν]
Εὐρυκλέα, ἀρετᾶ[ς ἕνεκα].

b [ὁ δᾶμος]
[Γάϊο]ν Ἰ[ο]ύλιον Δεξίμαχον
[Ε]ὐρυκλέους υἱόν.

In Divi Iulii honorem Eurycles certamen, quod τὰ Καισάρεια appellabant, instituisse videtur. Nam cum Eurycleis arctissimo vinculo ea coniuncta fuisse docent tituli n. 71. 86. 168. 550. 603.

Messenae templum Divi Iulii (Καισάρηον) exstitisse ex n. 1462 apparet, quod quando exstructum sit, nescitur.

21 Augustus Spartam adiit, v. Cassius Dio LIV 7. Tunc urbis fines ampliati sunt: insulam Cytheram sub Lacedaemoniorum potestatem redegit (v. Dio l. l., infra p. 176), praeterea Cardamylen (v. p. 247), quo portu in posterum utebantur, et Thuriam (v. p. 262). Hac occasione societas liberorum Laconiae incolarum immutata est. Tunc nomen ei datum esse τὸ κοινὸν τῶν Ἐλευθερολακώνων recte ex titulis collegit Foucart *Voy. Expl.* II 111; v. n. 1161. 1167. 1177. 1243. Initio viginti quattuor oppida foedere coniuncta erant, quorum duodeviginti medio II. p. Chr. n. saec. etiamtunc foederata apud Paus. III 20, 11 enumerantur: Prasiae, Zarax, Epidaurus Limera, Boeae, Asopus, Acriae, Marius, Geronthrae, Gythium, Las, Teuthrone, Taenarum vel Caenepolis, Pyrrhichus, Oetylus, Thalamae, Leuctra, Gerenia, Alagonia. Praeterea Augusti aetate foederi adiuncta esse suspicor: Cotyrta v. p. 182, Hippolam v. p. 237, Pheras v. Paus. IV 30 2; cf. C. O. Mueller *Dorier* II 22 et infra p. 253. De reliquis non constat. Quod Mueller Cyphanta, Leucas, Helum, Pephnum attulit, eum sequi dubito, quia parum de historia vicorum illorum traditum est.

Societati Achaeorum redintegratae (v. Pauly-Wissowa *RE* I 196 49 sqq.) Messenii ut Abeatae (n. 1352, p. 252), Asinaei (Head HN² 418, infra p. 273), Coronaei (n. 1398: προστάτης τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, p. 269) interfuerunt. Saepius enim cives eorum principes Achaeorum concilii facti sunt; v. n. 1451. 1455. 1455*a* (idem 512): Ἑλλαδάρχης τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, *I. v. Ol.* 448. 450. 458. 459. Cf. Mommsen *Röm. Gesch.* V 242, 1, Seeliger l. l. 4 et 27.

18—12 In honorem M. Vipsanii Agrippae thiasus, cui nomen Ἀγριππιασταί, constitutus est, v. n. 372. Eurycles, quia potestate sua adversus Graecos abusus erat, bis apud Augustum accusatus regno et patria pulsus est, v. Strab. l. l. p. 366, Ioseph. Bell. Iud. I 26, 4: δὶς κατηγορηθεὶς ἐπὶ τῷ στάσεως ἐμπλῆσαι τὴν Ἀχαΐαν, idem Ant. XVI 10, 1. Cf. Plut. apophth. reg. 207, 14. Postquam aliquamdiu in Iudaea apud Herodem et in Cappadocia apud Archelaum versatus est, in integrum restitutus esse videtur, v. Strab. l. l.

Herodes, Iudaeorum rex, qui cum Eurycle amicitia coniunctus erat, a Lacedaemoniis statua honoratus esse dicitur, v. Ioseph. bell. Iud. I 21, 11.

I. saec. Δάμων Λακεδαιμόνιος maritus Ἀπολλωνίας Ἀπολλωνίου Μαγνήτιδος, IG III 2560. Tituli sepulcrales: Athenis IG II 3128: Παυσανίας Ναυκλεῖος Λακεδαιμόνιος, 3125*b*: Ἀσία Δίωνος Λακεδαιμονία, Ἀρίστωνος γυνή, IG III 1850: Σωσιγένης Λακεδαιμόνιο[ς]. Coroneae in Boeotia IG VII 2936: Ἔφηβος Λα|κεδαιμόνιος Χήν, χαῖρε.

Steph. Byz. Χήν· πόλις τῆς Λακωνικῆς.

Athenis IG II 3125: Ἐπιμέλεια Λάκαινα, 3126: Παιάδης Λάκων, 3127: Παρθένιον Ἀριστείδου Λάκαινα Φανοκλέους Εἰτεαίου γυνή; 3191—93: Φιλόξενος Δίωνος I. Μεσσήνιος, Δίων II. Φιλοξένου Μ., Παρθένιος Φιλοξένου Μ., 3194: Σωσίχα Λύκωνος Μεσσηνία, 3195: Σωσίχη Μ., 3196: Σωτηρὶς Μ.

Intra 4—14 p. Chr. n. Ager Dentheliates per Atidium Geminum (v. Prosop. Imp. Rom. I 1118), 'praetorem Achaiae', Messeniis restitutus est, v. Tac. ann. IV 43. Imperatore Tiberio id factum esse suspicatus eram, v. *Ath. Mitt.* XXIX 1904, 377. At reperto titulo n. 1448, qui imperatori Augusto et Tiberio Caesari positus est, ab hac opinione recessi.

14 Augusto mortuo Eurycles dominatione privatus est, quia Tiberius τὴν φιλίαν τὴν τοιαύτην πᾶσαν (ἀπεστρέψατο), v. Strab. l. l. p. 366 et notas Dittenbergeri Syll.² 360, 2; cf. Tac. ann. VI 18: socerum Laconem e primoribus Achaeorum Caesar afflixerat.

17 Germanicum Spartam adiisse nisus titulo n. 375 crediderim.

23 Ἄρχοντος (Δελφῶν) Δάμωνος τοῦ Πολεμάρχου τὸ τρίτον Ἄλκιμος Σωκλείδα Λα[κε]δα(ι)μόνιος πρόξενος Δελφῶν, v. *Fouilles de Delphes* III 2, 160. De tempore Pomtow *Delph. Chron.* IV 2665.

25 Denuo lis de agro Dentheliate ad patres rediit. Decrevit senatus, ut ager 'secundum Messenios' daretur, v. Tac. l. l., R. Weil *Ath. Mitt.* VII 1882, 211 sqq., Kolbe ibid. XXIX 1904, 377.

37 (?) C. Iulius L a c o, Euryclis f., ipse quoque principatum obtinuit, v. nummos apud R. Weil *Ath. Mitt.* l. l. 14 n. 5. 6, Head HN² 436. Post Tiberii demum mortem eum in regnum institutum esse Dittenberger (Syll.² 362, 2) Strabonis verba recte interpretatus sagaciter collegit, cum de Gaii commutationibus moneret. Imperatore Claudio etiamtum Laco regnum obtinuit, v. nummum apud Eckhel DN II 281, Weil l. l. 14 n. 7, Head HN² 436: ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤ || ΕΠΙ ΛΑΚΩΝΟΣ. Ab Eleutherolaconibus statuae honore in urbe Taenaro affectus est, v. n. 1243. Ad eundem pertinet *I. v. Ol.* n. 426: Μᾶρκος Ἀντώνιος Πισανοῦ υἱὸς Ἀλεξίων, ὁ ἀρχιερεύς, Γ(άϊον) Ἰούλιον Εὐρυκλέους υἱὸν Λάκωνα, τὸν ἑαυτοῦ εὐεργέτην, Διὶ Ὀλυμπίωι. Cf. Dessau Pros. imp. Rom. II 197, 250. Stemma v. add. ad n. 1172.

c. a. 42 Ἐπὶ ἱερέος (Lycosurae) Δαμύλλου ἁ πόλις ἁ τῶν Μεγαλοπολιτᾶν Γάϊον Ἰούλιον Λάκωνος υἱὸν Κρατῖνον et Ἰουλίαν Παντιμίαν Λάκωνος θυγατέρα, Ἐφ. ἀρχ. 1896, 111. 8 et 113. 9. Cf. stemma ad add. 1172.

Imperator Claudius pueros ex nobilibus Graecorum generibus natos, quos Caligula Romae educari iusserat (Dio C. LIX 29, 6), civitate donatos domum remisit, v. Dio LX 7, 2. Quorum nonnullos Spartanos fuisse inde colligo, quod nomen Claudium iam I. p. Chr. n. saec. saepius in titulis occurrit, v. indicem II 2.

Medio fere I. p. Chr. n. saec. *I. v. Ol.* 428: Κλαυδίαν Κλεοδίκην Ἠλείαν Μ(ᾶρκος) Ἀντώνιος Πρόκλος καὶ Ἀντωνία Καλλὼ Μεσσήνιοι τὰν αὐτῶν εὐεργέτιν ἐκ τῶν ἰδίων. De tempore v. Dittenberger ad *I. v. Ol.* 426.

Laconem patrem subsecutus est C. Iulius Spartiaticus. Ad hunc referendi sunt titulus Epidaurius IG IV 1469: Ἁ πόλις ἁ τῶν Ἐπιδαυρίων Γάϊον Ἰούλιον Λάκωνος υἱὸν Σπαρτιατικὸν ἀρετᾶς ἕνεκεν et Atheniensis IG III 805: Γάϊον Ἰούλιον Σπαρτιατικόν, ἀρχιερέα θεῶν Σεβαστῶν καὶ γένους Σεβαστῶν ἐκ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀχαΐας διὰ βίου πρῶτον τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος - - - τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Cf. stemma p. 307.

Paullo post 54 Nero bis statuae honore a Messeniis affectus est, v. n. 1449. 1450.

61 (?) Lacedaemonii libertate abusi cum proconsule Achaïae lites incohaverunt, quae ad imperatorem (Neronem) pervenerunt, v. Philostr. vita Apoll. IV 33, Hertzberg II 96.

62 Apollonius Tyaneus, qui aliquamdiu Spartae versabatur, v. Philostr. IV 27, 31—34 (Clinton Fasti Rom. I 45), Graecos nomina Romana accipere assuevisse acerbe vituperavit, v. Philostr. IV 5.

Ante a. 65 Spartiaticum regno privatum esse ex Musonii (apud Stob. floril. XL 9 p. 750, 16) verbis apparet: καὶ ἴσμεν τινὰς χρονίων νοσημάτων ἐν τῷ φεύγειν ἀπολυθέντας ὥσπερ ἀμέλει Σπαρτιατικὸς οὗτος ὁ Λακεδαιμόνιος κτλ., cf. Buecheler *Rhein. Mus.* LIII 1898, 166, de Musonio Tac. ann. XV 71.

Deinde principatum abolitum esse nummi docent, in quibus legitur: ΕΦΟΡΩΝ || ΛΑ(κεδαιμονίων) ΤΙΜΑΡΙΣΤΟΣ et ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ || ΛΑ(κεδαιμονίων) ΕΦΟΡΩΝ ΤΙΜΑΡΙΣΤΟΣ, v. Head HN² 436.

---

c. 66—68 p. Chr. n. Lacedaemonii et Spartae et Epidauri binas tabulas in honorem T. Statilii Lampriae mortui posuerunt et litteras consolatorias ad Epidaurios dederunt, v. IG IV 939: Ἁ πόλις τῶν Λακεδαιμονίων Τίτον Στατείλιον Λαμπρίαν υἱὸν μὲν Τειμοκράτους καὶ Τειμοσθενίδος, ἀδελφὸν δὲ Πασιχαρείας, ἀδελφιδοῦν δὲ Ἀριστοκράτους ἥρωα. Sequitur epistula IV 940. Statiliam Pasichariam habes infra p. 117 (v. stemma Memmiorum). Cf. titulum Epidaurium IG IV 1441, qui Τειμοσθενίδα Δαμάρεος Λακεδαιμονίου θυγατέρα, γυναῖκα Τειμοκράτεος honoribus affecerunt. Stemma ad n. 478 proposui.

67 Nero cum Graeciam visitaret, Spartam adire noluit, quia Lycurgi leges ei displicebant, v. Cassius Dio LXIII 14, 3. Cum Graecis libertatem donasset, Messenii socii populi Romani facti sunt, v. Plin. NH IV 6, 22, Sueton. Ner. 24, Plut. Flamin. 12, Paus. VII 17, 2, Cassius Dio LXIII 11, 14, Philostr. V 41. Post Neronis mortem ἐς ἐμφύλιον στάσιν προήχθησαν (οἱ Ἕλληνες), v. Paus. VII 17, 4; cf. Suet. Vesp. 8. Deinde provincia Achaïa restituta etiamtunc Sparta civitas libera mansit, v. Plin. NH IV 8 (16). *I. v. Ol.* 316: ὁ δᾶμος ὁ Λακεδαιμονίων τὸν δᾶμον τὸν Ἀλείων, τὸν συγγενῆ, ὁμονοίας. 'Titulus aetate Neronis recentior.' Purgold.

72 Antiochus IV. Epiphanes, rex Commagenes, a legato Vespasiani Caesennio Paeto regno pulsus Spartam relegatus est, v. Ioseph. Bell. Iud. VII 7, 1—3; cf. Wilcken Pauly-Wissowa *RE* I 2491.

77 Imperator Vespasianus aedificium nescio quod Spartae aut exstruxit aut reficiendum curavit, v. n. 691.

14. XII. 78 Messeniorum fines a geometro T. Flavio Monomito, Aug. l., spectati et subnotati sunt. Ager Dentheliates tunc sub eorum potestate erat, v. n. 1431 et Kolbe *Ath. Mitt.* XXIX 1904, 377 sq.

Α[ὑ]ρηλία Κάλ-
λουσα Σατύ-
ρου θεᾷ εὐ-
χαριστήριο[ν].

252—356. DIANAE ORTHIAE FANVM.

In honorem Dianae, quae Ὀρθία vocabatur, Spartae ludi habebantur. Tria genera certaminum occurrunt; laudantur qui vicerunt:

1. μῶαν (μώα̣, μῶιαι),
2. κελέαν (κελοῖαν, καιλῆαν, κελῦαν, κελήα̣, κελεί̣αι, κελοία̣),
3. καθθηρατόριον (καθθηρατόριν, κατθηρατόριν, καϲϲηρατόριν.

De his rebus disseruerunt: Foucart *Expl.* p. 143, Baunack *Mus. Rhen.* XXXVIII 1883, 293, Preger *Ath. Mitt.* XXII 1897, 338, Meister *SGDI* p. 142, Tod *Cat.* p. 22 sq., Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 380, Woodward ibid. XV 1909, 44, Buck *Introduct.* 230 ad n. 70.

Ad 1. μῶαν i. e. Μοῦϲαν. Chorus Laced. apud Arist. Lysistr. 1297: μῶα μόλε Λάκαινα. Hesych. μῶα· ᾠδὴ ποιά. Erat igitur certamen musicum, in quo carmina canebantur (Baunack l. l.).

Ad 2. κελέαν. Hesych. κέλωρ· φωνή; idem καλλοίδια· ἀγὼν ἐπιτελούμενοϲ Ἀρτέμιδι παρὰ Λάκωϲιν; καλαβοίδια· ἐν τῷ τῆϲ Δερεάτιδοϲ ἱερῷ Ἀρτέμιδοϲ ᾀδόμενοι ὕμνοι. ʽκαλαοίδια glossa Sosibiana (Weber quaest. Lac. 60) procul habenda; an subest κέλομαι, ut sit cantus exhortantis; cf. κέλευμα; cantui opponitur clamatio canora. Chorica Alcmanis carmina in Dianae honorem facta huc omnino non faciunt.' Wil. Iam Preger et Meister κελέαν quoque certamen musicum esse cognoverunt. In eo quidem erraverunt, quod idem esse atque μῶαν intellexerunt; nam nonnulli tituli inventi sunt, in quibus qui vicerunt μῶαν et qui vicerunt κελέαν opponuntur. Vox κελέα eis temporibus, quibus omnes fere tituli scripti sunt, iam inusitata fuerat; quo factum est, ut scribae diversis formis uterentur (Tillyard l. l. 382).

Ad 3. καθθηρατόριον. Grammatici antiqui nihil exhibent. Baunack l. l. vocem derivandam esse vidit a θηρᾶν et praepositione κατὰ, ita ut καταθηρᾶν in κατθηρᾶν et καθθηρᾶν mutatum sit. Quod ita se habere nunc inter omnes constat. Attamen iam quaestio oritur, utrum in hoc certamine cum tauris pugnatum sit, quod Baunack l. l., Tod *Ath. Mitt.* XXIX 1904, 55 contendunt, an fuerit ludus puerilis, qui quidem magna ferocitate et impetu erat (Tillyard l. l. 383). Etsi concedendum est aetate imperatorum certamina cum tauris non solum Romae, sed etiam in Thessalia et in Asia facta esse, tamen Tillyardo assentiri non dubito, quia vix credi potest pueros decem vel duodecim annorum pugnis illis interfuisse. ʽCum in ipsa voce non insit, taurum mittamus; imitati fuerint pueri venationem vicitque qui feram confecit.' Wil.

Iam accedimus ad quaestiones de victorum aetate. Persaepe certamen designatur παιδικὸϲ ἀγών, ipse victor μικιζόμενοϲ vel πρατοπάμπαιϲ vel ἀτροπάμπαιϲ. Quae verba quid sibi velint, ex Herodoti scholiasta perspicitur: παρὰ Λακεδαιμονίοιϲ ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖϲ ῥωβίδαϲ καλεῖται, τῷ δευτέρῳ προμικιζόμενοϲ (codd. προκομιζόμενοϲ), τῷ δὲ τρίτῳ μικιζόμενοϲ, τῷ τετάρτῳ πρόπαιϲ, τῷ πέμπτῳ παῖϲ, τῷ ἕκτῳ μελλείρην· ἐφηβεύει δὲ παρ' αὐτοῖϲ παῖϲ ἀπὸ ἐτῶν ιδʹ μέχρι καὶ κʹ (λέξειϲ Ἡροδότου ed. Stein II 465); cf. Plut. Lyc. 17 εἴρεναϲ δὲ καλοῦϲι τοὺϲ ἔτοϲ ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονόταϲ, μελλείρεναϲ δὲ τῶν παίδων τοὺϲ πρεϲβυτάτουϲ. ʽAnnus primus' est annus, quo pueri publice erudiri incipiebantur. Quod anno septimo completo eveniebat (Plut. Lyc. 16), ita ut ῥωβίδαϲ sit puer octavum annum agens, προμικιζόμενοϲ nonum, μικιζόμενοϲ decimum etc., μελλείρην decimum tertium. Ex ipsis titulis elucet puerum postquam μικιζόμενοϲ fuit, appellari πρατοπάμπαιδα et hoc anno intermisso ἀτροπάμπαιδα i. e. ἑτεροπάμπαιδα; denique titulus n. 278 docet adulescentem, postquam ἀτροπάμπαιϲ fuit, εἴρενα designari. Quae cum ita sint, facere non possum, quin Woodwardio assentior, qui l. l. p. 46 sqq. pueros annum undecimum agentes πρατοπάμπαιδαϲ appellatos esse contendit, duodecimum autem ἀτροπάμπαιδαϲ. Adiecerim haec verba restituenda esse in glossa Herodoti, ubi πρόπαιϲ pro πρατοπάμπαιϲ, παῖϲ pro ἀτροπάμπαιϲ dicitur.


Inter victores neque ῥωβίδαι neque προμικιζόμενοι inveniuntur; itaque veri non est dissimile pueros priusquam decimum annum agerent, certaminibus non interfuisse (contra Woodward XV 46); inde a decimo autem quotannis pueri cum aequalibus certabant, quod probant verba Νεικαγόραϲ Ϲωϲιδάμου νεικάϲαϲ - - ἀπὸ μικιχιζομένων μέχρι μελλειρονείαϲ τοὺϲ Γαόχουϲ κτλ. n. 295. Item in Dianae honorem ludos πατροπαμπαίδων et ἀτροπαμπαίδων factos esse Woodward suo iure suspicatur.

Neque vero educatio adulescentium Spartanorum anno decimo tertio completo finiebatur. Immo Onasiclidas Philostrati f. 278 κελοῖαν εἰρένων vicisse dicitur, unde patet iuvenes quoque certaminibus pugnavisse. De viris non liquet. Haesitat Woodward, num tituli victorum, in quibus quot annos agant non dicitur, ad iuvenes (vel viros) sint referendi (cf. XV 45).

Restat, ut de voce βοαγόϲ agamus. Haud raro evenit, quod victor βοαγὸϲ μικιχιζομένων vocatur. Hes. βουαγὸρ (βοαγόϲ)· ἀγελάρχηϲ, ὁ τῆϲ ἀγέληϲ ἄρχων παῖϲ. Λάκωνεϲ, quo testimonio nisus Boeckhius p. 89 pueros ex ipsorum numero praefectum, cui nomen βοαγόϲ, elegisse contendit, quod probavit Foucartius p. 143 allato Plut. Lyc. 16 ἀλλὰ πάνταϲ εὐθὺϲ ἑπταετεῖϲ γενομένουϲ παραλαμβάνων αὐτὸϲ (scil. Λυκοῦργοϲ) εἰϲ ἀγέλαϲ κατελόχιζε - -. ἄρχοντα δὲ αὐτοῖϲ παρίϲτατο τῆϲ ἀγέληϲ τὸν τῷ φρονεῖν διαφέροντα καὶ θυμοειδέϲτατον ἐν τῷ μάχεϲθαι (cf. Tod *Cat.* 20, Tillyard l. l. 386). Praeterea ilis singulis iuvenes praeerant (Xen. Lac. resp. II, 11 ἔθηκε τῆϲ ἴληϲ ἑκάϲτηϲ τὸν τορώτατον τῶν εἰρένων ἄρχειν). Sed cave ne rem confundas ut Gilbert *Staatsalt.* I² 69 et Szanto *Pauly-Wissowa R. E.* III 572, qui βουαγὸν ex adulescentium numero creatum esse putant. Quanti honor ille apud Spartanos ductus sit, inde perspicitur quod nomen βουαγὸϲ per totam vitam commemorabatur.

De formulis τῷ δεῖνα κάϲεν vel τοῦ δεῖνοϲ ϲυνέφηβοϲ v. p. 21.

Persaepe in lapidibus foramen incisum est, cui anathema inserebatur. Semel hoc ipsum servatum est: falx est ferrea. Quamquam Preger statim cognoverat victores deae falcem, qua agricolae utuntur, obtulisse, tamen diu viri docti certaverunt, quid illud donarium fuerit (Meister l. l. 143, Reisch *Griech. Weihgesch.* 61, 2, Wolters *Zu griech. Agonen* 19). Inventis titulis n. 315, ubi legitur δρεπάνην τ[ήνδ' ἀνέθη]κ̣α̣ λ̣α̣βών, 258 et 264, non potest dubitari, quin Preger rectum viderit (cf. Tillyard p. 385).



252 Anaglyphum lapidis mollis a. 0,17, l. 0,15, in quo equus fictus est; a dextra parte fractum. Litterae sexti fere saeculi videntur esse. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 353, 1, sed conferas velim ibid. p. 334, ubi Bosanquet imaginem expressit, ex qua titulum exscripsi. Delineaverunt Lattermann et ex ectypo Lübcke. *Ect.*

Πανιδαϲ Ταρραῖ̣[οϲ ²μ' ἀν]έθ(ε)κε Ϝορθε̣[ίαι].

Var. lect. Vs. 1 init. ΕΓ Bosanquet, Tillyard, Latt. At perclare et in ectypo et in imagine intellexisse mihi videor lineolam eam, quam pro litterae Ε hasta directa habebant illi, superesse ex ornamentis, quibus artifex equi corpus finxerat. In fine ΤΑΙΓΑΙ editores, Lattermann; ΤΑΡΡΑΙ in ectypo vidit Lübcke. || 2 extr. Α⊗Ϙ Bosanquet, Tillyard; Ϡ⊗Ϙ Lattermann, quod in ectypo legi; itaque nihil est, cur Ϝορθά pro Ϝορθεία scriptum esse contendamus.

Πανίδαϲ a verbo πάω, unde et deus Pan, derivandus est. Ταρραῖ̣[οϲ] supplevit Hiller; Τάρρα urbs Cretae.

252a Aes sex latera habens, a. 0,02, l. 0,05, inventum prope fanum. Ed. Droop *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 116, cf. imaginem p. 115 *d* (Kretschmer *Glotta* I 1909, 353). *Tab.*

ΤᾶΙ ϜΡΟΘΑΊΑΙ

VI. saec. ϜΡΟΘΑΊΑ scriptum est pro ϜΟΡΘΑΊΑ.

252b Anaglyphum eburneum a. 0,11, l. 0,235; repraesentatur navis longa cum militibus. Ed. Dawkins *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 100 sqq., cf. imaginem ibid. tab. IV (Kretschmer *Glotta* I 1909, 352). *Tab.*

ϜΟΡΦΑΊΑ.

VI. saec. Φ positum pro Θ. Comparat Kretschmer crateram Aristophonis, ubi cum Wilamowitzio nomen Ἀριcτόνοθον intelligit (*Griech. Vaseninschr.* 10 sq.). 'Scribendi vitia, non pronuntiandi.' Wil.

---

253 Tabula marmoris caerulei aëtomate ornata, a. 0,26, l. 0,18, cr. 0,05; litterae a. 0,015. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 440, 2.

ᑉΕΤΑΙDΑ | ΑΤΝ (latus dextrum)
ΟΙΑΣΕΝΙΚ |

- - - κέται Δα-
[- - Ὀρ]θίαc ἐνίκ-
[η - - - - - -]
Latus dextrum: - - - ντα.

Ineuntis IV. saec. (Tillyard). Vs. 1 [οἰ]κέται, [ἰ]κέται? Hiller.

---

254 Sella marmorea tribus hominibus apta, a sinistra truncata, a dextra integra, a. 0,45, l. 1,155; inventa in fundamentis circi Romani. Litterae a. 0,018. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 103, 1. *Tab.*

- - - ατίδα
[- - - ι]c
[- πρέcβ]υc

Cοιξιάδαc Ἀρικράτεοc
γεροντεύcαc τρὶc
καὶ πρέcβυc γενόμε-
νοc δὶc κατὰ τὸ ἑξῆc
ἐπὶ Καλλικράτεοc
καὶ Τιμοcτρ[ά]του

ἀνέθηκεν
Ὀρθείαι.

Medii fere I. a. Chr. saec.; cf. ad n. 133. Woodward suo iure suspicatur Cοιξιάδαν Ἀρικράτεοc eundem esse atque illum, qui n. 212, 34 pater Stratii ἐπὶ Ἀριcτομάχου commemoratur et in titulo n. 133 patronomus est.

255—259. Carmina.

255 Stelae aëtomate ornatae pars superior, cuius fragmentum ediderat Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 380, 48; marmor canum; a. 0,38, l. 0,46, cr. 0,06; litterae 0,01 a. Composuit Woodward ibid. XIV 1908, 101, 48. Infra titulum quinque foramina, quibus falces insertae fuerant.

ϜΩΡΘΕΙΑΙΤΑΔΑΡ.ΞΙΠΠΟΣ
ΝΙΚΩΝ ΑΝΕΣΗΚΕ
ΕΝΣΥΝΟΔΟΙΣΠΑ.ΔΩΝ
ΠΑΗΙΝΗΟΡΗΝΦΑΝΕΡΑ

[1] Ϝωρθείαι τάδ' Ἀρ[ή]ξιπποc [2] νικῶν ἀνέcηκε
[3] ἐν cυνόδοιc πα[ί]δων [4] πάhιν hορῆν φανερά.

Titulum quarto vel tertio a. Chr. n. saeculo tribuebat Woodward. 'Ego vero et litteratura et sermone principia IV. saec. indicari affirmo.' Wil.

---

256 Anaglyphum, in quo templum distylum in antis repraesentatur; nunc in sex partes fractum; pars inferior a sinistra et infra integra; a. 0,60, l. 0,51, cr. 0,03—0,045; litterae a. 0,01. Fragmentum unum edidit Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 380, 47, titulum refinxit Woodward ibid. XIV 1908, 95, 47. *Tab.*

Υἱὸc Ἀριcτοκρίτω Ξενοκλῆc μῶαc με ἀ[νέθηκε].
Ξενοκλῆc
Δηϊλόχοι κάcεν
μικιχιδδόμενοc

πρατ[οπάμ-]
παιc.

Vs. 5. 6 Tillyard coniecerat πρατ[ό]παιc.
I. a. Chr. n. saec. Propter formas litterarum elegantes II. a. Chr. n. saec. tribuebat Woodward.

---

257 Spartae in museo 218. Tabula marmoris albi aëtomate et acroteriis ornata, falx lapidi affixa adhuc exstat, a. 0,65, l. 0,32; inventa iuxta vicum Magulam in agris. Edd. Eustratiades ex apographo Bucydis in ephemeride Παλιγγενεcία 1868 n. 1501, Ἐφημ. τ. φιλομαθ. 1868, 1619, Πανδώρα XIX 1868 p. 222 (Kirchhoff Hermes III 1869, 449, 1, Le Bas-Foucart *Expl.* II 162*c*), Lüders *Bull. Inst.* 1873, 143 (Kaibel *Epigr. Gr.* 806, Müllensiefen De tit. Lac. dial. 59*a*); Preger imagine expressa *Ath. Mitt.* XXII 1897, 334 sq., 1 (Meister *SGDI* p. 145, 4501); nuperrime Tod *Cat.*, cf. Tillyard *Ann.* XII 1906, 355*a*. Litterae vs. 1—6 = 0,027 a., inde a vs. 7 = 0,02. Lapidem examinavit Prott.

ΟΡΘΕΙΗΔΩΡΟΝΛΕ
ΟΝΤΕΥΣΑΝΕΘΗ
ΚΕΒΟΑΓΟΣ, ΒΨΛ
ΜΩΑΝΝΙΚΗΣΑΣ
ΚΑΙΤΑΔΕΕΠΑΘΛΑ
ΛΑΒΩΝ, ΒΨΛ
vacat
ΚΑΙΜΕΣΤΕΨΕΠΑ,
ΤΗΡΕΙΣΑΡΙΘΜΟΙΣ
ΕΠΕΣΙ ΒΨΛ

[1] Ὀρθείῃ δῶρον Λε[2]οντεὺc ἀνέθη[3]κε βοαγὸc ΒΨΛ'
[4] μῶαν νικήcαc [5] καὶ τάδε ἔπαθλα [6] λαβών. ΒΨΛ'
vac.
[7] Καὶ μ'ἔcτεψε πα[8]τὴρ ἰcαρίθμοιc [9] ἔπεcι ΒΨΛ'.

Vs. 3 litteris minoribus scriptus. Eustratiades aliique versum ultimum postea additum esse iudicaverunt. Falso, nominatur enim poëta epigrammatis ἰcουήφου. Litterae singulorum versuum efficiunt summam binorum milium septingentorum tricenorum.

---

258 Tria fragmenta tabulae cr. 0,05 marmoris albi, quae ex ectypo composuit Hiller; altitudo partis compositae circa 0,50, latitudo 0,40. Foramen incisum est lapidi, cui drepanum inserebatur. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 196, 63; cf. XV 1909, 106. *Ect.* Fr. *c* ex ectypo correxit Hiller.

b

. . . . ΙΙΔΡΕΠΑΝ
. . . . . ΟΙΑ ΚΡΑΤΗΣ
a . . . ΣΙΕΝΗΓΑΘΕΩΙ
. . . ΞΝΟΜΗΡΑΛΑΒΩΝ
ΣΥΝΣΤΕΦΟΜΑΙΔΑΦΝΗΙ
ΣΟΛΟΕΙΔΕΙΤΟΙΣΙΡΟΑΓΟΙΣ
ΤΕΙΣΑΜΕΝΩΙ *c*
ΠΑΙΣΙΝΑΡΙΣΤ . . . ΙΟΙ
ΣΛΕΚΠΑΝ.ΣΝΣΥΝ
a ΙΛΟΝ.ΕΘΛΟΝ
ΟΙΣ

[1] [Ἴαμοc Ὀρθείῃ] δρεπάν[ην] [2] [τὰ κελ]οῖα κρατήcα[c]
[3] [χώρ]ωι ἐν ἠγαθέωι [4] [θῆκ]εν ὅμηρα λαβών.
[5] Cυνcτέφομαι δάφνηι [6] cολοειδεῖ τοῖcι βοαγοῖc
[7] Τειcαμενῶι C[⏑⏑ –] [8] παιcὶν Ἀριcτ[ολό]χου·
[9] [πρῶτο]c δ' ἐκ πάν[τ]ων cυν[10][εφήβων ε]ἶλον [ἄ]εθλον
[11] [– ⏑⏑ – ⏑⏑]οιc c . . [12] ⏑⏑ – ⏑⏑ –

Var. lect. 7 post ΝΩΙ spatium vacuum; deinde certo fuit Σ.

Vs. 1. 2 supplevit Woodward praeter nomen Ἴαμοc, quod supplevi, quippe qui Τειcαμενῷ κάcεν fuerit (v. 297). || 4. 5 Wil. 'Falcem pignus victoriae accepit nempe reddendam deae. cολοειδῆ fuisse coronam vidit Woodward, quas coronas e nummis optime novimus. Iamus autem coronatus est cum boagis Tisameno et S - - Aristolochi vel Aristomachi filiis.' Wil.

259 Tabula a. 0,275, l. 0,26, cr. 0,04; litterae a. 0,015. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 378, 44.

Ι Ρ Ε Υ Σ Σ Ε Ι Ο Μ Α Κ Α Ι Ρ Α Κ
Τ Ε Τ Ρ Α Χ Ε Ι Ρ Ο Σ Μ Ω Α Ν
Θ Ε Τ Ο Κ Α Λ Λ Ι Κ Ρ Α Τ Η
Ε Φ Η Β Ο Σ Ο Ν Ε Υ Γ Ε
Π Ο Υ Ρ Χ Λ Α Ε Υ Ρ Υ Ι
Μ Α Ν Τ Ι Σ Α Π Ο

[1]Ἱρεὺς σεῖο, μάκαιρα, κα[σιγνήτου] [2]τετράχειρος μῶαν [νικάσας ἄν][3]θετο Καλλικράτης, [– ⏑⏑ – συν][4]έφηβος, ὃν εὐγε[νέτις τέκε] [5]Πούρχλα, Εὐρυκ[ράτης δὲ πατήρ], [6]μάντις ἀπὸ Σ[κοπέλου].

Vs. 1—3 suppl. Till. || 4—5 Preuner exempli gratia. Πούρχλα pro Πούλχρα scriptum. || 6 μάντις ἀπὸ γ[έν]ους τοῦ Σκοπέλου in titulo n. 60 occurrit. De Scopelo v. 488. Τετράχειρ est Apollo Amyclaeus; cf. Wide *Lak. Kulte* 68, 69.

260—314. Subieci titulos victorum e temporum ordine dispositos. Inventi sunt prope templum Dianae.

260 Stela marmoris cani aëtomate ornata, a dextra et inferiore parte fracta, a. 0,45, l. et cr. 0,31—0,32; lapidi foramen incisum est, cui falx inserebatur. Litterae a. 0,015—0,02 primo a. Chr. n. saeculo tribuendae esse videntur. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 75, 66. *Ect.*

Δ Α Μ Ι Π Π Ο Σ Α Β Ο Λ Η Τ Ο
Ε Π Ι Σ Ι Δ Α Μ Ο Υ Ν Ι Κ Α Σ Α Σ Τ
Π Α Ι Δ Ι Χ Ο Ν F
Μ Ω Α Ι
Γ Ε Τ Α *falcis locus*
Ω Ι Ο Ρ Θ Ε Ι Α Ι
vac. Δ Λ
Δ Α Μ
Θ

Δάμιππος Ἀβολήτου	5 γετα *vacat* [θε-]
ἐπὶ Σιδάμου νικάσας τ[ὸ]	ῶι Ὀρθείαι. [*vacat?*]
παιδιχὸν *vacat* ε . . . . (.)	Δά[μιππος]
μῶαι *vacat* – – –	Δαμ[ίππου – – –]

Vs. 4 sqq. [ἐπὶ Κυνα]γέτα [παρθέν]ωι Ὀρθείαι legebat Woodward. Qua de causa hoc supplementum refutandum sit, ad n. 268 exposui. || ἐ[ν τῷ] Μωαι γέτᾳ Hiller; τ]ὸ παιδιχὸν | μῶαι | ἐ[ν τῶι | κυνα]γέτᾳ Kolbe.

Damippus Aboleti f., si idem est atque patronomus n. 261, I. a. Chr. n. saec. tribuendus est. Cf. quae disserui n. 465, ubi stemma constitui.

---

261 Stela incolumis marmoris communis, aëtomate ornata, a. 0,55, l. 0,31, cr. 0,08; litterae 0,02 a. apicibus imbutae. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 360, 3.

Α Ρ Ι Σ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Η Σ Α Ρ Ι Σ Τ
Ω Ν Ο Σ Ε Π Ι Π Α Τ Ρ Ο Ν Ο Μ Ο Υ
Δ Α Μ Ι Π Π Ο Υ Τ Ο Υ Α Β Ο Λ Η
Τ Ο Υ Ν Ι Κ Α Σ Α Σ Τ Ο Π Α Ι
Δ Ι Χ Ο Ν Μ Ω Α
Ο Ρ Θ Ε Ι Α

[1]Ἀριστοκράτης Ἀρίστ[2]ωνος ἐπὶ πατρονόμου [3]Δαμίππου τοῦ Ἀβολή-[4]του νικάσας τὸ παι[5]διχὸν μῶᾳ [6]Ὀρθείᾳ.

Uxor Damippi Aboleti f. Ἀλκιβία Τεισαμενοῦ (n. 465, 578) eadem est atque Ἀλκιβία Τεισαμενοῦ, quae in catalogo τῶν ἱεροθυτῶν ἐπὶ Ἀριστοκρατίδα enumeratur n. 141. Qui cum primo a. Chr. n. saeculo munere patronomi functus sit, Woodward ipsum quoque hunc titulum aetati imperatoris Augusti tribuit (l. l. p. 360, cf. quae ad n. 465 disserui).

262 Stela marmoris cani aëtomate ornata, a dextra laesa, infra truncata, a. 0,26, l. 0,40, cr. 0,05; in parte inferiore foramen falcis erat incisum. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 86, 79.

Σ Ι Ω Ν Δ Α Μ Ι Π Π Ο Υ Ν Ι Κ Α Σ Α Σ
Τ Ο Π Α Ι Δ Ι Χ Ο Ν Μ Ω Ι Α Ι Ε Π Ι Τ Ι
Μ Α Ρ Χ Ο Υ Κ Α Ι Π Ο Λ Υ Λ
Τ Ο Σ Θ Ρ Θ –

[1]Σίων Δαμίππου νικάσας [2]τὸ παιδιχὸν μῶιαι ἐπὶ Τι[3]μάρχου καὶ Πολυ-δ[άμαν][4]τος Ὀρθε[ίαι].

Haesitat Woodward, num Damippus sit idem, qui n. 260, 261 filius Aboleti audit.

---

263 Stela marmoris albi, aëtomate ornata, infra fracta, a. 0,37, l. 0,295, cr. 0,05; litterae a. 0,024 magnis apicibus instructae; medio in latere adverso foramen falcis. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 84, 76.

Ν Ι Κ Ι Π Π Ο Σ Κ Α Λ	Νίκιππος Καλ-
Λ Ι Κ Ρ Α Τ Ι Δ Α Ε Π	λικρατίδα ἐπ-
Ι Π Ρ Α Τ Ο Λ Α Ν Ι Κ Α	ὶ Πρατόλα νικά-
Σ Α Σ Τ Ο Π Α Ι Δ Ι Χ Ο Ν	σας τὸ παιδιχὸν
Κ Ε Λ Ε Α Ν	5 κελέαν
falx	Ὀρθείᾳ.
Ο Ρ Θ Ε Ι Α	

Πρατόλας est patronomus n. 143, qui titulus I. a. Chr. n. saec. tribuendus est. Erravit Woodward, cum eundem Nicippum redire n. 20 et 114 contenderet, nam horum titulorum aetas longe alia est. Ab hoc patronomo Πρατόλα distinguendus est Πο. Μέμμιος Πρατόλαος Δεξιμάχου, quem habes n. 101, ubi eum aetate Hadriani vixisse exposui.

---

264 Stela marmoris caerulei; a. 0,43, l. 0,23, cr. 0,05. Litterae 0,01 a. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 361, 5; cf. Woodward XIII 1907, 199. Idem ectypum chartaceum mihi commisit. *Ect. Tab.*

Τιμοκράτης Ἐπι-
νικίδα ἐπὶ Ἀρι-
στοτέλεος νικά-
ας τὸ παιδιχὸν
5 κελήᾳ.
[Ε]ὔστομον εὔτρο[χά]λου [7]γλώσσης τόδ' ἄεθλον [8]ἀείρας,
[9]Παρθένε, σοὶ δρέπανο[ν] [10][Τ]ιμοκράτης ἔθετο.

Vs. 9 δρέπανον Woodward in lapide agnovit, cum Tillyard legerit ἀρετᾶς. Ex litterarum forma elegantissima aetati Augusti tribuerim. Diversus ergo est Aristoteles a patronomo n. 68, 69.

---

265 Fragmentum marmoris caerulei, a. 0,32, l. 0,22, cr. 0,06; margo superior et sinister servatus, in parte sinistra foramen falcis. Litterae a. 0,025. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 84, 75.

Λ Α Χ	Λαχ[άρης]
Η Ρ Α Κ Λ	Ἡρακλ[ανοῦ]
Ε Π Ι Π	ἐπὶ π[ατρο-]
Ν Ο Μ Ο	νόμ[ου . . δά-]
5 Μ Ο Υ Ν	5 μου [νικάσας]
Τ Ο Π	τὸ π[αιδιχὸν]
Κ Ε	κε[λέαν – –]
	– – – – –

Λαχάρης Ἡρακλανοῦ pater videtur esse illius C. Iulii Euryclis, quem Augustus summis honoribus affecit. Quod si ita se habet, titulus medio fere primo a. Chr. n. saeculo positus est.

Idem Λαχάρης occurrit n. 94, ubi senatoris munere fungitur. Mortuus est ante pugnam apud Actium commissam (cf. Plut. Anton. 67). Filium eius habes in titulo, qui proxime sequitur 267.

266 Duo fragmenta marmoris cani, quae ex tabula aëtomate ornata sunt reliqua. Litterae a. 0,02 apicibus imbutae demonstrant fragmenta esse eiusdem tituli. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 198, 64, 1. 2.

a | *b*

Α Ρ Ι Σ Τ Ο Κ Γ
Σ Τ Ο ^ . . . . \ Ν ∠ L
Τ Α Τ Ρ
Λ Κ Ι ∠
Ι \

Ἀριστοκρ̣[άτης? Ἀρι-]
στο̣δ̣[άμου] Ἀ̣ν̣σ̣έ̣[τωι]
[κάσεν ἐπὶ] πατρ[ο-]
[νόμου Μενα]λ̣κίδ̣[α]
[νεικάσας μικ]ι̣χ̣[ιδ-]
[δόμενος - - -]

Menalcidas, qui redit n. 95, paullo post Aristomachum i. e. I. a. Chr. n. saec patronomus fuit. Vs. 1. 2 scripserim Ἀριστοκρ[άτης Ἀρι]στο[ν̣ίκου], quamquam Woodward post ΣΤΟ agnovisse ^ sibi visus est; ille Aristocrates enim primo saeculo in catalogo agoranomorum ἐπὶ Πασιμάχου occurrit 126. Ἄνσετος redire videtur n. 207.

---

267 Stela marmoris cani in duas(?) partes fracta, a. 0,21, l. 0,17; litterae a. 0,015. Tria foramina, quibus falces infixae erant. Margo sinister servatus esse videtur. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 373, 35.

Λ Α Χ Α Ρ Η Σ Λ Α Χ Α Ρ Ε
Ο Σ Ν Ι Κ Α Α Σ Τ ^ Π
/ Ο̣ Ν Ι Ε Λ Ε
Ε Υ Β Α Λ
Τ Ρ Ο Ν Ο Μ̣
Δ Α Κ
Κ Α Ι Κ Λ Ε Ο
Κ Α Ι Κ Υ Ν Α Γ
Κ Α Ι Δ Ε Ρ Ε Ι
Ν Ι Κ Α Θ Ρ Ο Ν Β

Λαχάρης Λαχάρε-
ος νικάας τ̣ὸ̣ π̣[αιδι-]
[χ̣]ὸ̣ν κ̣ελέ[αν ἐν τῷ]
εὐβαλ[κεῖ ἐπὶ πα-]
τρονόμ̣[ου - - -]
δα Κ[- - - - -]
καὶ Κλεο - - -
καὶ Κυναγ̣[έτα̣]
καὶ Δερει - - -
νίκαθρον Β[ορθέα̣].

Tillyard vs. 3 sqq. hunc in modum legebat: κελέ[αν ἐπὶ] | Εὐβάλ̣[κεος? πα]|τρονόμου - - | δα Κ - - | καὶ Κλεο - - | καὶ Κυναγ - -. Vs. 8. Κυναγ[έτα] supplevit Woodward in n. 260; cf. quae ad n. 268 exposui. || 9 An Ἄρτεμις Δερεᾶτις? Paus. III 20, 7; Hitzig-Blümner I 844.

Aetate Augusti titulus incisus esse videtur. Woodward (*Ann.* XII 374 adnot.) suo iure suspicatus est hunc Lacharem II fratrem esse C. Iulii Euryclis, quem Lacharis I (cf. n. 265) filium fuisse notum est.

---

268 Stela aëtomate ornata marmoris cani, infra fracta, a. 0,30, l. 0,225, cr. 0,065; litterae a. 0,01. Foramen, cui falx inserebatur, incisum est. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 85, 78.

Π Ρ Α Τ Ι Α Δ Α Σ *falx*
\ Ρ Ι Σ Τ Ω Ν Ο Σ
Ν Ι Κ Α Α Σ Τ Ο Π Α Ι
Δ̣ Δ Ι Χ Ο Ν Κ Ε Τ Ε Υ
Ω Ν Ε Ν Τ Ω Ι
Ε Υ Β Α Λ Κ Ε Ι Κ Α Ι
Κ Υ Ν̣ Α̣ Γ Γ -

Πρατιάδας
Ἀ̣ρίστωνος
νικάας τὸ παι-
δ̣ιχὸν κετεύ-
ων ἐν τῷ
εὐβαλκεῖ καὶ
κυνα̣γ̣έ̣τ̣[αι]
- - - -

Legebat Woodward ἐν τῷ Εὐβάλκει καὶ Κυνα̣γ̣έ̣τ̣[αι] suspicatus hoc modo expressum esse, quo tempore Pratiadas vicerit. At mirum est, quod complurium virorum nomina afferuntur, qui patronomi munere functi esse dicuntur. Neque minus in reliquis titulis, ubi Tillyard nomen patronomi Εὐβάλκης cognoverat, sententia illius offendimur (n. 334 τῷ εὐβα[λκεῖ] et n. 267 - - εὐβαλ[κεῖ]). Nam hoc loco nomen magistratus post [ἐπὶ πα]τρονόμ[ου - -] in vs. 5. 6 supplendum est, cuius reliquias habes in versu sexto. Item illi tituli, in quibus Woodward nomen patronomi Κυναγέτας supplebat, aliquid offensionis habent, n. 267 vs. 8 quem conferas et n. 260. In hoc enim titulo plenis verbis dictum est Damippum Aboleti f. ἐπὶ Σιδάμου vicisse. Denique praetermittere noluerim, quod Woodwardus coactus est contendere fieri potuisse, ut in eodem certamine duo victores designarentur. Scripsi κετεύων ἐν τῷ εὐβαλκεῖ καὶ κυναγέται, scilicet ἀγῶνι. Vox κετεύων quid sibi velit, non liquet. Dubitat Woodward, an κετεύων per errorem lapicidae pro κε[λ]εύων scriptum sit; neque vero sententia perspicua est.

---

269 Tabula marmoris caerulei, aëtomate ornata, a. 0,43, l. 0,31, cr. 0,06. Duo foramina, quibus falces inserebantur, lapidi incisa sunt. Litterae magna cum diligentia insculptae 0,02 a. bonae aetatis esse mihi quidem videntur. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 361, 4. *Tab.*

Ξενοκλῆς Ξενοκλέος
ἐπὶ Εὐέτεος νικάας
τὸ παιδιχὸν μῶιαι
Ὀρθείαι
καὶ ἐπ[ὶ]
Ἱππάρ-
χου
ὡσαύ-
τως.

falcis locus

---

270 Stela aëtomate ornata ex poro facta, a. 0,40, l. 0,28, latus sinistrum impolitum. Incisum est foramen, cui falx inserebatur. Litterae a. 0,0175—0,02 apicibus magnis imbutae sunt. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 185, 56.

Η Ρ Α Κ Α Ι Δ Α Σ Π Α
Κ Ω Ν Ι Ο Υ Δ Α Μ Ο
Κ Ρ Α Τ Ι Κ Α Σ Ε̣ Ν Π Ρ Α
Τ Ο Π Α Ν Π Α Ι Σ Ε Π Ι
Μ Ν Α Σ Ι Σ Τ Ρ Α Τ Ο Υ Ν Ι
Κ Α Σ Α Σ Τ Ο
falx Λ Ι Δ Ι
Χ Ο Ν

Ἡρακ[λ]ίδας Πα-
κωνίου Δαμο-
κράτι κάσεν πρα-
τοπάνπαις ἐπὶ
Μνασιστράτου νι-
κάσας τὸ
[π]α̣ιδι-
χ̣ὸν - -
[Ἀρτέμιδι]
[Ὀρθεία̣ ἀνέθηκε].

---

271 Stela marmoris caerulei, aëtomate ornata, a. 0,43, l. 0,29, cr. 0,04; foramen falcis incisum est. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 365, 13.

Φ Ι Λ Ο̣ Ν Ι Κ Ο Σ Φ Ι Λ Σ
Ν Ι Κ Ο Υ Ν Ι Κ Α Σ Α Σ
Τ Ο Π Α̣ Ι Δ Ι Χ Ο Ν Κ Ε
Λ Η Α *falcis locus* Ο Ρ Θ Ε Ι

Φιλόνικος Φιλο̣-
νίκου νικάσας
τὸ παιδιχὸν κε-
λῆα̣ Ὀρθεί-
[α̣].

Vs. 4 Ὀρθέα̣ Tillyard, sed ultimam litteram post E esse I imago ab illo expressa, quam repetivi, dilucide demonstrat.

---

272 Stela aëtomate ornata a. 0,36, l. 0,25, cr. 0,04; litterae a. 0,025. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 188, 62.

Φ Ι Λ Ο C Τ Ρ Α Τ Ο C Π
Α C Ι Κ Λ Ε Ο C Ν Ι Κ Α C Α C
Τ Ο Π Α Ι Δ Ι Χ Ο Ν Μ Ω Α Ν
Ο Ρ Θ Ε Ι Α

Φιλόστρατος Π-
ασικλέος νικάσας
τὸ παιδιχὸν μῶαν
Ὀρθεία̣.

Ex litterarum forma collegit Tillyard titulum primo p. Chr. n. saeculo esse incisum. Quod si ita est, pater Pasicles idem intelligendus est atque ille Pasicles, cuius filius Mnaso agonothetae munere patronomo Menecle a. ±97 (cf. n. 668) functus est. Medio fere I. saec. titulus incisus est.

273 Stela marmoris cani aëtomate ornata, a. 0,65, l. 0,41, cr. 0,48; nunc in quinque partes fracta. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 79, 71.

cantharus

ΚΡΑΤΗΣΙΚΛΗΣ ΣΤΡΑ
ΤΩΝΟΣϹ ΚΑΙ
ΣΤΡΑΤΩΝΒΟΥ ΑΓΟϹ
ΠΡΑΤΟΠΑΜΠΑ ΙΔΩΝ
ΤΟΝΕΠΙΠ̅ΜΕΜ ΜΙΟΥ
ΘΕΟΚΛΕΟΥΣΕ ΝΙΑΥ
ΤΟΝΝΕΙΚΑΣΑΣ ΤΟΠΑΙ
ΔΙΧΟΝΜΩΑΝ ΑΡΤΕ
ΜΙΤΙΟΡΘΕΙ

falcis locus

Κρατησικλῆς Στρά-
τωνος ὁ καὶ
Στράτων βουαγὸς
πρατοπαμπαίδων
τὸν ἐπὶ Πο(πλίου) Μεμμίου
Θεοκλέους ἐνιαυ-
τὸν νεικάσας τὸ παι-
διχὸν μῶαṇ Ἀρτέ-
μιτι Ὀρθεί[ạ].

Woodward hunc patronomum eundem esse censet, qui post Cleandrum et Dionem creatus est n. 31. Recte me iudice. Itaque Cratesicles Stràtonis f. exeunte I. p. Chr. n. saec. floruit. Eiusdem fuerit familiae atque Στράτων Στράτωνος n. 210, 18.

---

274 Stela marmoris caerulei cum aëtomate a. 0,39, l. 0,24, cr. 0,35, in duas partes fracta. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 367, 16.

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣΧΑ
ΡΙΞΕΝΟΥΕΠΙΑΡΙ
ΣΤΟΚΛΕΟΥΣ
ΝΕΙΚΑΣΑΣΤΟ
ΠΑΙΔΙΧΟΝ///ΑΘ
ΘΗΡΑΤΟΡΙΝΑΡ
ΤΕΜΙΤΙΟΡΘΕΙ

Λυσικράτης Χα-
ριξένου ἐπὶ Ἀρị-
στοκλέους
νεịκάσας τὸ
παιδιχὸṇ [κ]αθ-
θηρατόριν Ἀρ-
τέμιτι Ὀρθεị[ạ].

Hunc Lysicratem filium esse eius Charixeni, qui ἐπὶ Σικλείδα n. 275 puerorum victor est, iudicat Tillyard *Ann.* XII 359, ubi stemma composuit. At offendit, quod nomen gentile Iuliorum et nostro Charixeno et filio Lysicrati deest. Qua de causa meo iure colligere mihi videor Charixenum aut Lysicratem quendam post patronomum Aristoclem nomen Iulium accepisse. Quem Aristoclem multo antiquiorem esse quam patronomum n. 37 apparet; nomen valde usitatum erat. Vide stemma quod n. 275 constitui.

---

275 Stela marmoris caerulei a. 0,40, l. 0,28, cr. 0,03, aëtomate et acroteriis rudibus ornata. Infra titulum foramen incisum est, cui δρεπάνη inserebatur. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 358, 1. *Ect.*

ΓΑΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣ
ΧΑΡΙΞΕΝΟΣ
ΓΑΙΟΥΙΟΥΛΙΟΥ
ΛΥΣΙΚΡΑΤΟΥΣΥΙΟΣ
ΕΠΙΣΙΚΛΕΙΔΑΠΑ
ΤΡΟΝΟΜΟΥΝΤΟΣ
ΥΠΕΡΑΥΤΟΝΤΙΒΕ
ΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥΑΡ
ΜΟΝΕΙΚΟΥΝΕΙΚΗ
ΣΑΣ *falcis locus* ΤΟΠΑΙΔΙ
ΚΟΝΜΩΑΝΟΡΘΕΙ
ΑΑΡΤΕΜΙΔΙΑΝΕ
ΘΗΚΕΝ

Γάϊος Ἰούλιος
Χαρίξενος
Γαΐου Ἰουλίου
Λυσικράτους υἱός,
ἐπὶ Σικλείδα, πα-
τρονομοῦντος
ὑπὲρ αὑτὸν Τιβε-
ρίου Κλαυδίου Ἀρ-
μονείκου, νεική-
σας τὸ παιδι-
κὸν μῶαν Ὀρθεί-
ạ Ἀρτέμιδι ἀνέ-
θηκεν.

Si C. Iulius Charixenus, Lysicratis f., idem est atque patronomus Iulius Charixenus, qui paulo ante Sitimum i. e. ± 125 hoc munere functus est (n. 32 *A*, 1317 ante imperatorem Hadrianum), hic titulus aetati Domitiani (vel Vespasiani) tribuendus est, non Traiani, ut Tillyard contendebat; nam puerorum victor laudatur Charixenus. Neque obstant, quae de Ti. Cl. Harmonico traduntur; est enim in catalogo senatorum (n. 97) I. p. Chr. n. saeculo exeunte et imperatore Hadriano adhuc superstes erat (cf. n. 480. 485). In componendo stemmate a Tillyardo dissentio:

Χαρίξενος I
274 pater ἐ. Ἀριστοκλέους
|
Λυσικράτης
274 victor puerorum ἐ. Ἀριστοκλέους
=
Γ. Ἰούλιος Λυσικράτης
275 pater ἐ. Σικλείδα
53 πρ. ἐφόρων ἐ. Καλλικράτους τοῦ Ῥούφου
55. 283 πατρονόμος haud ante Traianum
|
Γ. Ἰούλιος Χαρίξενος II
275 victor puerorum ἐ. Σικλείδα
32 *A*. 1317 ante Hadrianum eponymus ± 120.

---

276 Fragmentum tabulae ex marmore cano factae, acroteriis et aëtomate ornatae, a. 0,25, l. 0,16, cr. 0,04. Margo sinister servatus est, cum a dextra parte dimidium fere fractum sit. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 362, 6. Cf. quae adnotavit Woodward ibid. XIII 1907, 199.

ΕΓΙΠΑΤΡΟΝΟΝ
ΤΟΥϹΤΟΥΙΟΥ
ΒΟΑΓΟϹΝΙΚΗΕ
ΜΙΚΙΧΙΖΟΜЄ
ΘΗΚЄΝΑΡΤ

Ἐπὶ πατρονόṃ[ου Καλλικρά-]
τους τοῦ Ῥọύ[φου ....]
βοαγὸς νικής[ας μῶαν]
μικιχιζόμε[νος ἀνέ-]
θηκεν Ἀρτ[έμιδι Ὀρθείạ].

Var. lect. Vs. 2 ext. ΤΟΥΙΟΥ Tillyard, ΤΟΥΡΟΥ Woodward.

Supplementa sunt Tillyardi exceptis versibus 1. 2, quos Woodwardum secutus dedi. Καλλικράτης τοῦ Ῥούφου n. 53 occurrit et Traiani aetate munere patronomi functus est. Tillyard supplebat [Πασικρά]τους τοῦ (υ)ἱοῦ, quia bis in titulis invenitur quidam Πασικράτης νεώτερος, quem eundem esse suspicabatur n. 40. 41. Supplementum illud praetuli, quia litteris servatis respondet.

---

277 Stela marmoris communis aëtomate et acroteriis ornata, a. 0,65, l. 0,41, cr. 0,095, in qua duae falces affixae erant; litterae a. 0,016. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 376, 40. *Ect. Tab.*

a Ἐπὶ πατρονόμου Σ[[ι]]ωσινίκου
Πρῖμος Νηρέος Μενε-
κλεῖ κάσεν νικάσας μῶαν
Ἀρτέμιτι Ὀρθείạ ἀνέθηκεν.

b Ἐπὶ πατρονό(μο)υ Εὐ-
δάμου Πρῖμος Νη-
ρέος Μενεκλεῖ
κάσεν νικάσας
κελέαν ἀνέθηκε[ν]
Ἀρτέμιτι Ὀρθείạ.

Patronomum Sosinicum Tillyard eundem esse iudicabat atque patronomum M. Aurelium Sosinicum quem habes n. 301. Sed facile est demonstrare illum erravisse. Constat enim patronomum Meneclem, cui victor Primus Nerei f. fuit κάσεν, aetate Nervae illud munus suscepisse ± a. 97 (Boeckh ad CIG 1424). Cum Primus admodum adulescens hoc monumentum statuisse dicatur, apparet et Sosinicum et Eudamum paucis annis post Meneclem ad summum in republica honorem pervenisse (i. e. a. 100—107). Duos ergo habemus patronomos, quibus nomen Sosinicus, duos quibus nomen Eudamus (cf. n. 63). — Denique quod Tillyard contendit patronomo Sosinico et Primum Nerei f. et - - - Nicephori f. vicisse μῶαν, re ipsa refellitur.

278 Stela marmoris albi, aëtomate et acroteriis ornata, infra fracta; a. 0,46, l. 0,25; litterae a. 0,02 apicibus magnis imbutae eleganter scriptae sunt; foramen falcis insculptum. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 77, 70. *Ect.*

ΕΠΙΠΑΤΡΟΝΟΜΟΥ
ΈΚΛΕΙΔΑ ΦΙΛΟΚΡΑ
ΤΗΣ ΦΙΛΟΚΛΕΟΥΣ
ΑΗϹΙΛΑΩ ΤΩ ΝΕΟΛ̣Α
ΚΑΣΕΝ ΑΤΡΟΠΑΝ̣
ΠΑΙΣ ΝΙΚΑΣΑΣ ΤΟ
ΠΑΙΔΙΧΟΝ ΚΑ΄ΘΘΗ
ΡΑΤΟΡΙΩ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΑΡΤΕΜΙ
falx ΤΙ
ΟΡΘΕΙΑ

Ἐπὶ πατρονόμου
Εὐκλείδα Φιλοκρά-
της Φιλοκλέουϲ,
Ἀγηϲιλάῳ τῷ Νεόλα
κάϲεν, ἀτροπάν-
παιϲ νικάϲαϲ τὸ
παιδιχὸν καθθη-
ρατορίῳ ἀνέθηκε
Ἀρτέμι-
τι
Ὀρθείᾳ.

Var. lect. Vs. 2 init. lapicida omiserat ΕΥ, quod postea litteris minoribus adiecit Έ. || 4 scripserat ΑΓΙΛΑΩ, deinde notato errore post Γ rotundum C immisit et Γ in F mutavit, ut una cum sequenti C legeretur Γ + ⊢C i. e. γηϲ. Woodwardum sequor, qui quidem scripsit Ἀγ(εϲ)ιλάῳ.

Quamquam et nomen Ἀγηϲίλαοϲ et Νεόλαϲ usitatum fuit Spartae, tamen tempus tituli ex nominibus enucleari non potest. Litterarum forma nisus primo p. Chr. n. saeculo tribuerim (cf. n. 277, ubi easdem habes formas).

---

279 Stela marmoris caerulei, acroteriis et aëtomate ornata, a. 0,25, l. 0,24, cr. 0,05. Litterae 0,01 a. magna cum diligentia incisae apicibus imbutae sunt. Falcis foramen. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 366, 15. *Ect.*

ΟΝΑΣΙΚΛΕΙΔΑΣ ΦΙΛΟ
ΣΤΡΑΤΟΥ ΝΕΙΚΑΣΑΣ
ΚΑΣΣ ΗΡΑΤΟΡΙΝ ΠΡΑΤΟ
ΠΑΜΠΑΙΔΩΝ ΑΤΡΟ
ΠΑΜΠΑΙΔΩΝ ΕΙΡΕ
ΝΩΝ ΔΕ ΚΕΛΟΙΑΝ

falcis locus

Ὀναϲικλείδαϲ Φιλο-
ϲτράτου νεικάϲαϲ
καϲϲηρατόριν πρατο-
παμπαίδων, ἀτρο-
παμπαίδων, εἰ-
ρένων δὲ κελοῖαν.

Vs. 4 Onasiclidas duobus deinceps annis καϲϲηρατόριν vicit. Ad ἅτεροϲ cf. Buck *Greek dialects* § 13, 3 *a*. Woodward *Ann.* XIII 199 de Onasiclida eiusque tempore nonnulla disputavit. Quod ille suspicatur hunc Onasiclidam redire in catalogo ephororum n. 60 et 36 *A*, ubi cursus honorum enumeratur, mihi quoque probatur. Itaque titulus exeunte primo vel ineunte secundo saeculo incisus est. Nam Onasiclidas qui πρατοπάμπαιϲ et ἀτροπάμπαιϲ et εἴρην vicerat, ἐπὶ Λυϲίππου τοῦ Μνάϲωνοϲ ad ephori honorem pervenerat i. e. aetate Hadriani (cf. quae ad n. 36 *B* et 60 exposui).

280 Tabula marmoris caerulei, a. 0,48, l. 0,32, cr. 0,03; supra aëtoma et acroteria anaglyphi modo insculpta sunt; in inferiore parte falx ferrea servata est. Litterae a. 0,02—0,01. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 371, 31. *Ect.*

ΘΡΑϹΥΒΟΥΛΟϹΚΑΛ
ΛΙΚΡΑΤΟΥϹΕΝΥΜΑΝΤΙ
ΑΔΑΚΑϹΕΝΕΠΙΛΑΚΩΝΟϹ
ΠΑΤΡΟΝΟΜΟΥΝΤΟϹΔΕΥΠΕ
ΡΑΥΤΟΝΛΑΚ̣ΩΝΟϹΤΟΥΥΟΥΝ
ΚΑϹΑ *f* ϹΤΟΠΑΙΔΙ
ΧΟΝΚΕΛΟΙΑ *a l* ΑΡΤΕΜΙΤΙ
ΟΡΘΕΙΑ *x*

Θραϲύβουλοϲ Καλ-
λικράτουϲ, Ἐνυμαντι-
άδα̣ κάϲεν, ἐπὶ Λάκωνοϲ,
πατρονομοῦντοϲ δὲ ὑπὲ-
ρ αὐτὸν Λάκωνοϲ τοῦ ὑοῦ, ν[ι]-
κάϲαϲ τὸ παιδι-
χὸν κελοίᾳ Ἀρτέμιτι
Ὀρθείᾳ.

Aetati Claudii tribuebat Woodward l. l. 372 not. Falso me iudice (v. n. 281). Imperatore Traiano titulus scriptus est.

---

281 Stela marmoris rubri a. 0,40, l. 0,22, cr. 0,06, aëtomate et acroteriis ornata, nunc in tres partes fracta; partem inferiorem edidit Tillyard *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 187, 60, titulum integrum Woodward ibid. XIV 1908, 100, 60, qui imaginem expressit. *Tab.*

Ὀρ-
θίᾳ.
Ἐπὶ Λάκω-
νοϲ τοῦ (Λάκωνοϲ)
Δαμίων, Ἀν-
θεϲτίου Φι-
λοκράτουϲ ὑ̣όϲ, Ἄγιδι
Κλεάνδρου
κάϲ(εν), νικάϲ(αϲ) τὸ
παιδιχὸν
κελοῖαν μ̣ι̣κ̣[ι-]
χιζόμενο̣ϲ̣
Ἀρτέμιτι.

Patronomus Laco Laconis f. idem esse videtur atque 480 et 280, ut Woodwardus suspicatur. Quod si ita se habet, titulus hic aetati Traiani est tribuendus; nam Tib. Claudium Harmonicum, qui ἐπὶ Γ. Ἰουλίου Λάκωνοϲ τὸ β´ summo honore a collegis afficitur (n. 480), imperatore Hadriano adhuc superstitem fuisse docet n. 485. Itaque Woodwardo assentiri nequeo, qui titulum medio fere primo saeculo incisum esse contendebat.

---

282 'Lacedaemoniae ad lapidem prope colosseam Lycurgi statuam.' Edd. Epigrammata - - Cyriaci Anconitae (Romae 1749) p. XXXX 261 (CIG 1416, [Le Bas-Foucart *Expl.* II 79 ad n. 162 *a*, Meister *SGDI* 4471, Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 357 *i*]).

Δαμοκλείδαϲ Χαλέα ἐπὶ Ἀλκίππου νεικάϲαϲ τὸ παιδικὸν κελή[α̣] Ἀ[ρτ]έμιτι Ὀρθε[ί]α̣.

Var. lect. ΔΑΜΟΚΛΙΔ Murat. ΚΕΛΗΔΑ·ΤΡΕΜΙΤΙΟΡΘΕΡΑ Cyr., ΚΗΛ κτλ. Murat. Χαλέαϲ idem, ni fallor, redit n. 72. Si stare possunt, quae illic de tempore disserui, titulus in priorem partem saeculi secundi incidit.

283 Stela marmoris albi cum aëtomate haud ita diligenter facto, a. 0,51, l. 0,27, cr. 0,05; litterae a. 0,13; infra titulum foramen incisum est, cui falx inserebatur. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 186, 58. *Ect.*

ΤΙΒ Κ Λ Α Υ Δ Ι Ο C C ω C Ι Κ Ρ Α Τ Η C
Π Ο Λ Υ Є Υ Κ Τ Ο Υ Υ Ι Ο C Β Ο Υ Α Γ Ο C
Μ Ι Κ Ι Χ Ι Ζ Ο Μ Є Ν ω Ν Τ Ο Ν Є Π Ι
Λ Υ C Ι Κ Ρ Α Τ Ο Υ C Є Ν Ι Α Υ Τ Ο Ν Ν Є Ι
Κ Α C Α C Τ Ο Π Α Ι Δ Ι Κ Ο Ν Κ Α Θ Θ Η
Ρ Α Τ Ο Ρ Ι ω Ν Α Ν Є Θ Η Κ Є Ν Ο Ρ
Θ Є Ι Α

falx

Τιβ. Κλαύδιος Cωcικράτης
Πολυεύκτου υἱός, βουαγὸς
μικιχιζομένων τὸν ἐπὶ
Λυcικράτους ἐνιαυτὸν νει-
κάcαc τὸ παιδικὸν καθθη-
ρατόριων ἀνέθηκεν Ὀρ-
θείᾳ.

Vs. 6 ΟΡΙωΝ.
Ineunte II. p. Chr. n. saeculo. De tempore patronomi Lysicratis v. n. 275 et n. 55.

---

284 Stelae marmoris cani fragmentum, a dextra integrum, a. 0,16, l. 0,13, cr. 0,04; litterae a. 0,027, apices magnae. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 85, 77.

Υ Ε Ρ Μ Ο
Ϲ W Ν Ο Σ
Ι Κ Ο Υ
= Λ ∩ ∖

[Ἐπὶ πατρονόμο]υ Ἑρμο-
[γένουc τοῦ Γλύ]κωνοc
[- - - - - -]ικου
[Ἀριcτοcτ]έλου[c]
[cυνέφηβοc - - -]

Vs. 1. 2 supplevit Woodward, qui vs. 3 legebat [Βραcίδαc Ἀρμον]ίκου. Hoc supplementum mihi non probatur, cum secundo saeculo, quo hic titulus incisus est, ut probat litterae W forma, Brasidae familia nomen Claudiorum acceperit (cf. stemma eorum ad n. 589). In eo cum Woodwardo consentio, quod Ἑρμογένην patronomum aetatis Hadriani (n. 65) intelligit.

---

285 Pars superior stelae, a sinistra incolumis, a dextra ex consulto truncatae; nunc iuxta portam domus Θεοφάνουc Παχυγιάννου inaedificata, a. 0,52, l. adhuc 0,185, cr. 0,17. Edd. Dressel et Milchhöfer *Ath. Mitt.* II 1877, 440, 24 (Preger *Ath. Mitt.* XXII 1897, 337, 6, Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 357*f*). Exscripsi.

vac.
Ε Π Ι Ε F
Γ Η Ρ Α Ι
Μ Ε Μ ∖Ι
Ξ Ι Μ Α Χ
falx
⸍ Ι Χ Ι Λ

Ἐπὶ Ἑρ[- τοῦ -]
γήρα Π[όπλιοc]
Μέμμ[ιοc Δε-]
ξίμαχ[οc βοαγὸc]
[μι]κιχιδ[δομέ-]
[νων - - - -]
- - - - - -

Vs. 1 supplebat Tillyard ἐπὶ Ἑρ[μογένουc]. Vereor ne erraverit, quamquam patronomus, cui hoc nomen, secundo saeculo munere functus est. Obstant autem sententiae illius litterae, quae dilucide in vs. 2 leguntur ΓΗΡΑ, quas nominis patronomi patris esse iudico. || 3. 4 dedit Tillyard Μέμμ[ιοc - - - Δε]|ξίμαχ[οc - -]. Fuerit P. Memmius Deximachus illius Pratolai filius, quem habes n. 57, 3. || 4. 5 Pregerum sequor.

---

286 Tabula marmoris caerulei a. 0,33, l. 0,24, cr. 0,04. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 365, 12; cf. quae adnotavit Woodward ibid. XIII 1907, 199. *Ect.*

Β Ι Ω Λ Α Κ Ι
Τ Ω Α Ρ Ι C Τ Ο Τ Ε
Λ Η Ρ C Υ Ν Є Φ Η
Β Ο Ρ Є Π Ι Π Α Τ Ρ Ο
Ν Ο Μ Ω Μ Ο Υ Λ
Π Ι Ω Α Φ Θ Ο Ν Η
Τ Ω Ν Є Ι Κ Α Α Ρ
Τ Ο Π Α Ι Δ Ι Κ Ο Ν
Μ Ω Α Μ Ι Χ Ι Χ Ι Δ
Δ Ο Μ Є Ν Ο Ρ

[ὁ δεῖνα τοῦ]
[δεῖνοc, Φλα-]
1 βίω Λάκ[ωνοc]
τῶ Ἀριcτοτέ-
ληρ cυνέφη-
βορ, ἐπὶ πατρο-
νόμω Μ(άρκω) Οὐλ-
πίω Ἀφθονή-
τω νεικάαρ
τὸ παιδικὸν
μῶᾳ μιχιχιδ-
δόμενορ.

Vs. 1 legebat Tillyard [Φουλ]βίω, quod mihi displicet, quia Spartae Fulviorum nusquam mentio fit (vide indicem). || 1. 2 intellexerim '- - synephebus Flavii Laconis, qui Aristotelis filius'. Idem suspicatus est Woodward, cum Tillyard sententiam hunc in modum latine verterit: 'Fulvii Laconis f., cuius Aristoteles synephebus'. Quod Tillyard patronomum Aphthonetum eundem esse censet, qui aetate Hadriani vixit a. ± 132 (cf. 32*A* et 34), formae plebeiae aliquid offensionis praebent. Attamen conferas velim n. 289, qui titulus Alcasto patronomo incisus eadem dialecto scriptus est. Alcastus autem paucis annis post Aphthonetum patronomus fuit. Apparet igitur Lacedaemonios iam imperatore Hadriano ρ pro c usurpasse. Cf. *Inschr. Olymp.* 175 ad n. 86 et 89, qui tituli a. ± 100 p. Chr. n. incisi sunt.

---

287 Stela marmoris rubri a. 0,42, l. 0,30, cr. 0,05; litterae a. 0,025, apices validae; supra titulum foramen falcis. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 93, 95.

Μ Ο Υ Λ Π Ι Ο C Α Ρ Ι C Τ Ο
Κ Ρ Α Τ Η C Κ Α Λ Λ Ι Κ Ρ Α
Τ Ο Υ C Є Υ Ν Є Φ Η Β Ο C Ι Ο Υ
Λ Ι Ο Υ Є Υ Ρ Υ Κ Λ Є Ο Υ C
Ν Є Ι Κ Η C Α C Κ Є Λ Ο
Α Ν Μ Ι Κ Ι Χ Ι Ζ Ο Μ Є
Ν ω Ν Є Π Ι Κ Λ Α Υ Δ Ι Ο Υ
Α Τ Τ Ι Κ Ο Υ Α Ρ Τ Є Μ Ι Τ Ι
Ο Ρ Θ Є Ι Α Χ Α Ρ Ι C ΤΗ
Ρ Ι Ο Ν

Μ(ᾶρκοc) Οὔλπιοc Ἀριcτο-
κράτηc Καλλικρά-
τουc, cυνέφηβοc Ἰου-
λίου Εὐρυκλέουc,
νεικήcαc κελο[ῖ-]
αν μικιχιζομέ-
νων ἐπὶ Κλαυδίου
Ἀττικοῦ
Ἀρτέμιτι
Ὀρθείᾳ χαριcτή-
ριον.

Noti sunt Iulius Eurycles et Atticus, qui aetate Hadriani ad patronomi munus pervenerunt (34 et 32*A*). Et cum M. Ulpius Aristocrates, qui Euryclis synephebus fuerat, puer decem annorum patronomo Attico victor laudetur, apparet Euryclem non plus decem annis ante Atticum creatum esse. Simul elucet fieri potuisse, ut patronomi infantes synephebos eligerent (cf. Woodward l. l. p. 94).

288 Spartae in museo 783. Tabula marmoris caerulei, a sinistra incolumis, infra supraque fracta, a dextra stria incisa est, cui falx inserebatur; a. 0,31, l. 0,29, cr. 0,055. Litterae 0,02 a. diligenter incisae apicibus instructae sunt. Edd. Tod *Ath. Mitt.* XXIX 1904, 50, idem *Cat.* (Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 357 *h*). Exscripsi. *Ect.*

ΙΧΙΔΔΟΜΕ ///////
ΝΩΝ∘ΕΠΙΠΑΤΡΟ ///////
ΝΟΜΟΥΤΙΒΚΛΑΥ ///////
ΔΙΟΥΑΤΤΙΚΟΥ ///////
ΝΕΙΚΗϹΑϹΤΟ< ///////
ΠΑΙΔΙΚΟΝΚΑΘ ////
ΘΗΡΑΤΟΡΙΟΝ
ΑΡΤΕΜΙΔΙΟ
ΘΕΙΑΑΝΕΘ
ΕΝ

[- - - - βοαγὸς]
[μι]κιχιδδομέ-
νων ἐπὶ πατρο-
νόμου Τιβ(ερίου) Κλαυ-
δίου Ἀττικοῦ
νεικήσας τὸ
παιδικὸν καθ-
θηρατόριον
Ἀρτέμιδι Ὀρ-
θείᾳ ἀνέθ[η]-
[κ]εν.

Cf. titulum qui proxime antecedit. Illic victor μικιχιζομένων κελοῖαν ἐπὶ Κλαυδίου Ἀττικοῦ M. Ulpius Aristocrates laudatur.

---

289 Stela marmoris cani a. 0,45, l. 0,49, cr. 0,09, diligenter aëtoma et acroteria insculpta sunt; supra aëtoma sunt duo foramina, quibus falces insertae erant. Edd. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 372, 32 (Buck *Introd.* 73). *Ect.*

ΕΥΔΟΚΙΜΟΡ< ΚΕ
ΛΟΙΑ ΚΑΙΕΥΔΟΚΙ
ΜΟΡΔΑ ΜΟΚΡΑΤΕΟΡ
ΟΚΑΙΑΡΙϹΤΕΙΔΑΡΚΑϹ
ϹΗΡΑΤΟΡΙΟΙΝΕΙΚΑΑΝ
ΤΕΡΕΠΙΑΔΚΑϹΤΩ ΒΟΥΑΓΟΙ
ΜΙΚΙΧΙΔΔΟΜΕΝ ΩΝϜΩΡ
ΘΕΑ

[1] Εὐδόκιμορ (Εὐδοκίμω) κε [2] λοίᾳ καὶ Εὐδόκι [3] μορ Δαμοκράτεορ [4] ὁ καὶ Ἀριστείδαρ κασ [5] σηρατόριο(ν) νεικάαν [6] τερ ἐπὶ Ἀλκάστω βουαγοὶ [7] μικιχιδδομένων Ϝωρ [8] θέᾳ.

Alcastus anno ± 140 patronomi munere functus est.

[Εὐδοκίμος I]
Εὐδόκιμος II — Δαμοκράτης
Εὐδόκιμος III (son of Εὐδόκιμος II)
Εὐδόκιμος IV ὁ καὶ Ἀριστείδας (son of Δαμοκράτης)

Ita stemma composuit Tillyard. Redit Eudocimus Damocratis f. qui et Aristides in catalogo nomophylacum 64, ubi σπονδοφόρος et βουαγὸς appellatur.

---

290 Duo fragmenta marmoris rubri, inter se cohaerentia, *a* a. 0,26, l. 0,14, *b* a. 0,20, l. 0,09, cr. 0,04; litterae a. 0,025. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 368, 20. Nuper fragmentum novum edidit Woodward ibid. XIV 1908, 102, 20. *Ect.*

ϹΤΩ . ΑϹΕΝΕΠΙΙ
ΑΤΡΟΝΟΜΟΥΔΕΞΙ
ΜΑΧΟΥΝΙΚΑϹΑϹΤΟ
ΙΤΑϹΚΑΡΤΕΡΙΑϹΑΓΩ
ΙΑΟΡΘΕΙΑ

[ὁ δεῖνα - - Ἀλκά]-
1 στῳ [κ]ά̣σεν ἐπὶ π̣-
ατρονόμου Δεξι-
μάχου νικάσας τὸ-
ν̣ τᾶς καρτερίας ἀγῶ-
ν̣α Ὀρθείᾳ.

Vs. 1. 2 [Ἀλκά]στῳ supplevit Woodward.

Iam Tillyardus titulum restituerat, qui quidem versus aliter seiungebat. Quod patronomum Deximachum patrem esse suspicatur patronomi P. Memmii Patrolai, Deximachi f. (n. 101), haud scio an a vero aberraverit. Potius illius filium, cui item nomen Deximachus, intellexerim, dummodo nomen patronomi [Ἀλκα]στος recte a Woodwardo restitutum sit. Alcastus enim post illum Patrolaum et Hadrianum (32 *A B*) patronomus fuit imperatore Antonino Pio, ni fallor. Paullo post Deximachus ponendus est, ut ex hoc titulo elucet.

---

291 Fragmentum marmoris rubri, undique mutilatum, a. 0,18, l. 0,21, cr. 0,04. A dextra fines versuum servatos esse editor suspicatus est. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 363, 8.

ΟΣΚΑΙ
ΥΣΛΔΕΛ
ΟΙΑΝΤΙΠΑ
ΑΣΑΝΤΕΣΤΟ
ΟΚΛΗΣΜΕΝΜΩ
ΕΑΝΕΠΙΔΑΜΟ
ΝΟΜΟΥΝΤΟΣ

- - - - - - - - ο̣ς̣ καὶ
[- - οκλῆς - - - ο]υς ἀ̣δελ-
[φοὶ - - - - -] οἱ Ἀντιπά-
[τρου - - - νεικ]ά̣σαντες τὸ
[παιδιχόν· - - -] οκλῆς μὲν μῶ-
[αν, - - ος δὲ κελ]έαν ἐπὶ Δαμο-
[κλέους τοῦ 〈, πατρο]νομοῦντο̣ς̣
[δὲ ὑπὲρ αὐτὸν - - - - -]

Supplementa tantum non omnia debentur Tillyardo, qui quidem titulum vs. 7 finitum esse censebat. Versuum longitudo quanta fuerit, ex vs. 5 et 6 cognoscitur. Quod si recte feci, probabiliter vs. 6. 7 suppletur ἐπὶ Δαμο[κλέους τοῦ 〈], qui imperatore Antonino Pio patronomus fuit. Quae munera successu annorum gesserit, enumerantur n. 32 *B*.

---

292 Tabula ex marmore caeruleo facta, aëtomate ornata a. 0,54, l. 0,27, cr. 0,04. Falx lapidi affixa erat. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 364, 11.

ΕΠΙΠΑΤΡΟΝΟ
ΜΩΚΛΑΥΔΙΩ
ϹΕΙΑΝΩΦΙΛΟ
ΧΑΡΕΙΝΟΡΛΥ
ϹΙΠΠΩ

ΒΟΑΓΟΡΜΙ
ΚΙΧΙΔΔΟΜΕ
ΝΩΝΝΕΙΚΛΑ
ΚΑΤΘΗΡΑΤΟΡΙΝ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΒΩΡΘΕΑ

Ἐπὶ πατρονό-
μω Κλαυδίω
Σεϊανῶ, Φιλο-
χαρεῖνορ Λυ-
σίππω
βοαγὸρ μι-
κιχιδδομέ-
νων νεικά̣α[ρ]
κατθηρατόριν
Ἀρτέμιδι
Βωρθέᾳ.

Philocharinum Lysippi f. patrem patronomi Lysippi, qui occurrit aetate Hadriani 32 *B* et 65, intelligebat Tillyard. Falso; nam Claudius Seianus imperatore Antonino Pio vel M. Aurelio viguisse videtur (cf. n. 71 et n. 111). Quamobrem Philocharinum (II), qui ἐπὶ Σεϊανοῦ puer decem annorum est, patronomi Lysippi filium esse iudico. (Cf. Woodward *Ann.* XII 364 not.) De Lysippi cursu honorum egi ad n. 85.

± 90 Φιλοχαρεῖνος I
32 *B*. 65. 128. 85. 114 pater Lysippi.

± 120 Λύσιππος
32 *B*. 65 πατρονόμος ante Hadrianum
128 ἀγορανόμος? [ἐπὶ Ἀλκ]άστου
85 νομοφ. ἐ. Π. Με. Σπαρτιατικοῦ
114 [γέρων τὸ - ἐπὶ -]
292 pater ἐ. Κλ. Σεϊανοῦ.

± 150 Φιλοχαρεῖνος II
292 puer ἐ. Κλ. Σεϊανοῦ.

293 Tabula marmoris cani, a. 0,655, l. 0,51, cr. 0,055. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 80, 73. *Tab.*

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Δαμοκράτης Διο-
κλέους βουαγὸς
ἐπὶ πατρονόμου
Τιβ(ερίου) Κλαυδίου Σηϊα-
νοῦ νεικήσας τὸ
παιδικὸν μῶαν Ἀρ-
τέμιδι Ὀρθείᾳ ἀνέ-
θηκε.

Optime de titulo meritus est Woodward, cum de carmine n. 493 moneret, quo idem Damocrates honoratur.

---

294 Stela fastigata marmoris cani, a. 0,43, l. 0,32, cr. 0,05. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XV 1909, 41, 96.

ΓΙΟΥΛΙΡΦΙΛΟΧΑΡΕΙΝΟΡΒΟΥΑΓΟΡΜΙΚΚΙ
ΧΙΔΔΟΜΕΝΩΝΕΠΙΠΑΤΡΟΝΟΜΩΑΒΙΔΙΩ
ΒΙΑΔΑΝΕΙΚΑΑΡΤΟΠΑΙΔΙΚΟΝΚΑΣΣΗΡΑΤΟΡΙΝΚΑΙ
ΜΩΑΝ *vac.* ΑΡΤΕΜΙΔΙΒΩΡΘΕΑ
falx
ΑΝΕΣΗΚΕ

Γά(ιορ) Ἰούλι(ο)ρ Φιλοχαρεῖνορ βουαγὸρ μικκι-
χιδδομένων ἐπὶ πατρονόμω Ἀβιδίω
Βιάδα νεικάαρ τὸ παιδικὸν κασσηρατόριν καὶ
μῶαν Ἀρτέμιδι Βωρθέᾳ
ἀνέσηκε.

Utrum C. Iulius Philocharinus βουαγὸς μικιχιδδομένων patronomo Biada idem intellegendus sit atque Philocharinus Lysippi f., βουαγὸς μικιχιδδομένων patronomo Seiano n. 292, in dubio reliquit Woodward. Diversum eum esse inde colligo, quod fieri non potest, ut idem puer per duos annos dux puerorum decem annorum fuerit. Praeterea animadvertas velim alterum Philocharinum fuisse civitatis Romanae participem, alterum non.

---

295 Fragmentum stelae cum aëtomate, a. 0,25, l. 0,17, undique mutilum, at versuum initia inde a vs. 3 servata sunt. Litterae 0,02 a. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 375, 38.

Ι._ΥΝΣ
ΑΤΡΟΝΟ
ΜΕΝΟΥΣΠ
ΥΝΤΟΣΥΠΕ
ΟΛΟΣΣΗΝΟΥ
ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΟ
ΒΕΣΤΑΤΟΥΝ
ΑΙΔΙ *falx* ΧΟΝ

..ι. συνέ[φηβος, ἐπὶ]
[π]ατρονό[μου Τιμο-]
μένους, π[ατρονομο-]
ῦντος ὑπὲ[ρ αὐτὸν Λ. Οὐ-]
ολοσσηνοῦ [Ἀριστοκράτους]
φιλοκαίσαρο[ς καὶ εὐσε-]
βεστάτου ν[εικάσας τὸ π-]
αιδιχὸν [- - - -]

Inde a vs. 5 litterae angustius scriptae sunt. Suppl. Tillyard praeter vs. 5, ubi Δαμάρους dedit. Medio fere II. saec. Nomen hausi ex n. 477, quem titulum conferas.

---


296 Stela marmoris aëtomate ornata, a. 0,58, l. 0,285, cr. 0,05, in duas partes fracta; foramina quattuor, quibus falces insertae erant. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 82, 74. *Ect.*

ΝΕΙΚΑΓΟΡΟΣ
ΣΩΣΙΔΑΜΟΥΕΥ
ΔΑΜΩΚΑΣΕΝ
ΝΕΙΚΑΣΑΣΚΕΛ
ΟΙΑΝΚΑΙΜΩΑ
ΝΚΑΙΚΑΘΗΡΑ
ΤΟΡΕΙΝΚΑΙΜ
ΩΑΝΚΑΙΑΠΟΜ
ΙΚΙΧΙΖΟΜΕΝΩΝ
ΜΕΧΡΙΜΕΛΛΕΙΡΟ
ΝΕΙΑΣΤΟΥΓΑΔΟ
ΧΟΥΣΚΑΙΑΣΑΝΕΑ
ΤΗΝΤΩΝΠΑΙΔΩΝ
ΠΑΛΗΝΑΡΤΕ
ΜΙΤΙΟΡΘΕΙΑ

Νεικάγορος
Σωσιδάμου Εὐ-
δάμῳ κάσεν
νεικάσας κελ-
οῖαν καὶ μῶα-
ν καὶ καθηρα-
τόρειν καὶ μ-
ῶαν καὶ ἀπὸ μ-
ικιχιζομένων
μέχρι μελλειρο-
νείας τοῦ[ς] Γαδό-
χους καὶ Ἀσάνεα
τὴν τῶν παίδων
πάλην Ἀρτέ-
μιτι Ὀρθείᾳ.

Duo noti sunt patronomi quibus nomen Eudamus, alter paullulo post Meneclem floruit (± 100) v. n. 277, alter aliquanto post imperatorem Hadrianum (v. n. 63) medio fere II. saeculo, ut ad n. 536 exposui. Hunc intellegebat Woodward haud improbabiliter. Sed res incerta est.

297 Stela aëtomate et acroteriis ornata marmoris cani, in duas partes fracta, angulus sinister superior laesura haustus; a. 0,50, l. 0,35, cr. 0,09; litterae a. 0,02. Infra titulum falx clavis lapidi affixa erat. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 92, 94.



[Ἀνέθηκε?] Θεοδότη
[Θε]ογένους·
Νικοκράτης Θεογέ-
νους νε[ική]σας
τὸ παιδιχὸν μῶαν
ἐπὶ Λίχα Ὀρθείᾳ.

Dubitat Woodward, num sit supplendum Θεοδότη[ς Θε]ογένους. Immo Theodote Nicocratis soror est. De tempore non constat.

298 Stela marmoris caerulei a. 0,47, l. 0,32, cr. 0,03; litterarum altitudo 0,02. Falx tabulae affixa erat. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 364, 10.

ΧΑΡΙΞΕΝΟΣΔΑΜΟ
ΚΡΑΤΙΔΑΠΡΑΤΟΠΑΜΠΑ
ΙΣΚΡΙΤΟΔΑΜΟΧΤΕΙΣΑ
ΜΕΝ *falcis* ΟΥΙΑ
ΜΟΥ ΚΑΣΕ
ΝΕΠΑΤΡΟ ΝΟΜ
ΟΥΠΡΑΤΟΝ *locus* ΚΟΥ
ΝΕΙΚΕΙΣΑΣ ΤΟ
ΠΑΙΔΙΚΟΝ ΤΟ
ΑΤΟΗΡΑΤ ΟΡΙΝ
ΓΕΜΙΔΙ ΟΡ
ΑΝΕΘ ΟΗΚΕΝ

[1] Χαρίξενος Δαμο[2]κρατίδα πρατοπάμπα[3]ις, Κριτοδάμου [4]Τεισαμενοῦ Ἰά-[5]μου κάσε[6]ν, ἐ(πὶ) πατρονόμ[7]ου Πρατον[ί]κου [8]νεικεἰσας τὸ [9]παιδικὸν τὸ [10][κ]ατθηρατόριν [11][Ἀρ]τέμιδι Ὀρ[θ][12][εία] ἀνέθηκεν.

Redit patronomus Pratonicus n. 42 et 40 paulo ante [M. Aurelium] Pasicratem. Τεισαμενὸς III idem esse videtur, qui n. 99 et 103 commemoratur (cf. n. 465). Haud scio, an titulus medio fere secundo saeculo incisus sit.

299 Stela marmoris albi integra a sinistra, in duas partes fracta, a. 0,41, l. 0,20, cr. 0,07. Litterae a. 0,025. Ed. Woodward *Ann. Br. Sch.* XIV 1908, 80, 72.

Α Λ Κ Ι Μ Ϲ	Ἄλκιμος . . . . (.)
Δ Α Ε Π Ι Ν	δα ἐπὶ Ν[εικιππίδα]
Κ Α Ι F Π Ι Σ ,	καὶ ἐπὶ C[ωcικράτε-]
Ο Σ Ν Ι Κ Α Σ	οc νικάc[αc τὸ παι-]
Δ Ι Χ Ο Ν Κ Ε	διχὸν κε[λῆαν - -]

Suppl. Woodward praeter vs. 2. 3. Idem nomen patris supplebat [Cωκλεί]δα vel [Cικλεί]δα. Sed res est incertissima. Vs. 3. 4 suspiceris ἐπὶ C[οιξιτέλε]οc vel C[ωcικράτε]οc. Hoc praetulerim, quia ex titulo 40 collato titulo 41 apparet Sosicratem paullo post Nicippidam patronomi munere functum esse. Nomen Ν[εικιππίδα] autem lacunae in vs. 2 quadrat. Quae si ita sunt, medio secundo saeculo incisus est titulus.

300 In marmore cano a. 0,13, l. 0,13, cr. 0,025; litterae 0,02 a. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 184, 55.

	[- - - βοαγὸc]
Κ Κ Ι Χ Ι Δ Α Ϲ	[μι]κκιχιδαο[μέ-]
Ͻ Ν Ε Π Ι Γ	[ν]ων ἐπὶ π[ατρο-]
⌒ Μ Ω Μ Α ˋ	[ν]όμω Μ. Αὐ[ρηλ(ίω)]
ˈ Κ Ρ Α Τ Η	[Πας]ικράτη[ρ - -]

Supplementa Tillyardi. M. Aur. Pasicrates haud dubie idem est atque Παcικράτηc νεώτεροc, quem habes n. 40.

301 Spartae in museo n. 221. Stela marmoris albi, supra et infra fracta, a. 0,25, l. 0,40, cr. 0,04; duo foramina. Edd. Eustratiades ex parte Πανδώρα XIX 1868, 222, Kumanudes ex apographo et ectypo, quae Stamatakis confecerat, Ἀθήναιον I 1872, 256 litteris minusculis, Foucart ex suo apographo Le Bas-Foucart *Expl.* II 162*a* (Cauer Delectus² 37, Müllensiefen De tit. Lac. dial. 57, Wide *Lakon. Kulte* 100, Meister *SGDI* 4498), plenius Preger *Ath. Mitt.* XXII 1897, 336, 4 (cf. Meister l. l. p. 145 n. 4498), Tod *Cat.* (Tillyard *Ann.* XII 1906, 356*d*, Buck *Introd.* 70). Cf. quae exposuit Baunack *Rhein. Mus.* XXXVIII 1883, 293 sqq. Exscripsit Prott.

υ C Κ Α Ι ΙΝ Ϲ Ι Ν Η Ι Ο Ι
Ο C Ο Ι Ν Є Ι Κ Η Φ Ο Ρ Ο Υ
Ν Є Ι Κ Ⲁ Ⲁ Ν Τ Є Ρ Κ Ⲁ C
C Η Ρ Ⲁ Τ Ο Ρ Ι Ν Μ Ⲱ Ⲁ Ν Κ Ⲁ Ι Λ Ο
Ⲁ Ν Ⲁ Ρ Τ Є Μ Ι Δ Ι Β Ⲱ Ρ Θ Є Ⲁ Ⲁ Ν
Є Θ Η Κ Ⲁ Ν Є Π Ι Π Ⲁ Τ Ρ Ο Ν Ο Μ
Ο Υ Μ Ⲁ Ρ̄ Ⲁ Υ Ρ̄ C Ⲱ C Ι Ν Є Ι Κ Ο Υ
Τ Ο Υ Ν Є Ι Κ Ⲁ Ρ Ⲱ Ν Ο C ϕ Ι ////⌒////
Ϲ Λ Ρ

[1][- - - καὶ - - -] ọc καὶ Νεικηφόρ[2]οc οἱ Νεικηφόρου [3]νεικάαντερ καc[4]cηρατόριν μῶαν καιλο̣[ῖ][5]αν Ἀρτέμιδι Βωρθέᾳ ἀν[6]έθηκαν ἐπὶ πατρονόμ[7]ου Μάρ(κου) Αὐρ(ηλίου) Cωcινείκου [8]τοῦ Νεικάρωνοc φι[λ]ο̣[καί][9]c̣ạρ[ορ καὶ φιλοπάτριδορ - - - -].

Vs. 4. 5 καιλό|αν (vel καιλῷαν) = κελαῦαν primus legit Preger, quem Meister p. 145 et Tod sequuntur. Foucartius maluit καὶ λῷαν, i. e. λαῦαν, item Baunack, καὶ λόαν Müllensiefen; κελῆ|αν coniecit Tillyard l. l. et p. 382. Quos omnes a vero aberrasse iudico legens καιλο̣[ῖ]|αν. Eandem habes formam n. 279, ubi Ὀναcικλείδαc Φιλοcτράτου victor est κεΛΟΙΑΝ, n. 281, 287, 296, 303, 317; cf. 280, ubi Θραcύβουλοc Καλλικράτουc ἐπὶ Λάκωνοc vicit κεΛΟΙΑ, 289, 343. || 8. 9 Quod Baunack coniecerat, primus Preger in lapide agnovit. Redire patronomum hunc in titulo n. 277 crediderat Tillyard, cuius sententiam ibidem refutavi. Si pater eius idem est atque Νεικάρων Ζήλου, qui n. 59 [ἐπὶ πατρονό]μου Αὐτοκράτοροc Ἁδριανοῦ in catalogo ephororum enumeratur, veri est simile eum ipsum haud multo post a. 160 ad summum honorem pervenisse. (Aetati Marci Aurelii aut Commodi tribuit Tod.)

302 Duo fragmenta marmoris albi; litterae a. 0,02. Ex Tillyardi apographo apparet marginem a sinistra esse servatum. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XII 1906, 374, 36.

- - - - - - -	[- - - - - β-]
◡ / Μ Ι Κ Ι	ọ[ạγὸρ] μ̣ικ̣ị[χιδδο-]
Μ Ε Ν Ω Ν Ε Π Ι	μ̣ένων ἐπὶ [πατρονό-]
Μ Ω Τ Ι Β̄· Κ Λ Α Υ Β	μ̣ω Τιβ. Κλαυ. Β[ραcίδα ἱε-]
Ρ Ε Ω Ρ Δ Ι Ρ Τ Ο Ν	ρ̣έ̣ωρ διὲρ τ̣ῶ̣ṇ [Cεββ. καὶ]
Γ Ι Ω Ν	[τῶν θ]ε̣ί̣ω̣ν [προγόνων αὐ-]
	[τῶν - - - - - - -]

Supplevit Tillyard. Recte monuit de patronomo Ti. Claudio Brasida III, qui exeunte saeculo secundo vixit 46. Claudiorum stemma ad n. 589 proposui.

303 Tabulae marmoreae aëtomate ornatae latus dextrum, a. 0,375, l. 0,37, cr. 0,05; vestigia foraminis, cui falx erat inserta. Ed. Tillyard *Ann. Br. Sch.* XIII 1907, 185, 57.

aëtoma

Η̣
Ε̣ Ι̣ Κ Η Φ Ο Ρ Ο Ρ
falx Σ̣ Τ̣ Ε ϕ Α Ν Ω Σ Υ Ν Ε
ϕ Η Β Ο Ρ Π Ο Μ
Ι̣ Σ Τ Ο Τ Ε Λ Η Ρ Τ Ω Μ Η Ν Ο ϕ Α
Ρ Ε Π Ι Π Α Τ Ρ Ο Ν Ο Μ Ω Κ Λ̄
Α̣ Σ Κ Α Ν Τ Ω Ν Є Ι Κ Α Α Ρ Κ Α Σ Σ Η
Ρ Α Τ Ο Ρ Ι Ν Μ Ω Α Ν Κ Ε Λ Ο Ι Α Ν Α Ρ
Τ Ε Μ Ι Τ Ι Β Ω Ρ Θ Ε Ι Α Α Ν Ε Σ Η Κ Ε Ν

[Ἀγαθῇ τύχ]ῃ̣·
[Ν]ε̣ικηφόρορ
C̣τεφάνω, cυνέ-
φηβορ Πομ(πηίου)
[Ἀρ]ιcτοτέληρ τῶ Μηνοφά-
[νη]ρ, ἐπὶ πατρονόμω Κλ(αυδίω)
[Ἀβ]α̣cκάντω νεικάαρ καccη-
ρατόριν, μῶαν, κελοῖαν, Ἀρ-
τέμιτι Βωρθείᾳ ἀνέcηκεν.

Exeunte II. p. Chr. n. saeculo.

De illo Abascanto, qui occurrit in titulo n. 380 aetate Traiani, monuit Tillyard. At obstant formae plebeiae, quamobrem Woodward nepotem illius Abascanti intellegebat (*Ann.* l. l.). Item cave, ne Menophanem n. 464 redire censeas. Stemma Pompeiorum hunc in modum constituere conatus sum.

± 60		Cέκ. Πομπήϊος Θεόξενος I 464 pater	
± 90	Cέκ. Πομπ. Μηνοφάνηc I 464	C. Πομπ. Θεόξενοc II 464	Πομπηΐα Πῶλλα 464 587 Damocratidae magna mater [nupsisse videtur Ti. Claudio Brasidae I]
± 120			Τιβ. Κλαύδιοc Πρατόλαοc 497 Brasidae I f.
± 150	Cέκ. Πομπ. Μηνοφάνηc II 325 βουαγόc 303 pater		Τιβ. Κλ. Αἴλιοc Πρατόλαοc ὁ καὶ Δαμοκρατίδαc 497 Pratolai f. 587 Pollae n.
